

Dieses Werk wurde Ihnen durch die Universitätsbibliothek Rostock zum Download bereitgestellt.

Für Fragen und Hinweise wenden Sie sich bitte an: digibib.ub@uni-rostock.de

---

Eilhard Lubin Martin Hallervord

**De Caussa Peccati. Tractatio Theologica, Ad Theologos Augustanae  
Confessionis in Germania**

Rostochii, 1607

<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn756514754>

Druck Freier  Zugang



Z. u. - Theol 1607 Lubin, Alhard 16

13



Universitäts  
Bibliothek  
Rostock

[http://purl.uni-rostock.de  
/rosdok/ppn756514754/phys\\_0002](http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn756514754/phys_0002)



# DE CAUSSA PECCATI.

TRACTATIO THEOLO-  
GICA,

Ad Theologos Augustanæ  
Confessionis in Ger-  
maniâ,

AUCTORE  
EILHARDO LUBINO  
Professore Theologiæ publico in  
Acad. Rostochiensi.



ROSTOCHII  
Anno M. DC. VII.

1607

PENCANSA

PEOGATI


THEATROGRAPHIA

DR

Ad Theologos Augsburgens

Conversio in Germaniam

Ex Bibliotheca Academica Rostochiensis



ROSTOCHI

1751

Reverendis, Clarissimis, & Præ-  
stantissimis Viris, verbi DEI Professo-  
ribus in Academij

LIPSENSI, GRYPHISWALDENSI, TUBIN-  
GENSI, VITEBERGENSI, FRANCO-  
FVRTENSI, JENENSI, HELMSTA-  
DIENSI, &c. Adeoꝝ

Omnibus genuine Augustana Confessionis  
Adsertoribus Theologis,

Dominis meis Parentum ac Fratrum loco in CHRISTO  
JESU reverenter colendis & observandis,  
Salutem.

**N**ovum, & fando hactenus inaudi-  
tum est, Reverendi & prstantissimi  
Theologi, & insolens prorsus quod  
facio, dum exiguae & viles hasce  
meas pagellas vobis inscribo, quibus nihil nisi  
prclarum, exacte elaboratum, & numeris suis  
absolutum offerri debere non ignoro. Et tamen  
hoc, quod facio, diu est quod expetivi facere, &  
quod, quo minus vel ante annum, & plus eo, à  
me factum sit, per me utiqꝫ minime stetit. Ignosci-  
te rei novitati & insolentia, & audacia mea,

A 2                          quam

quam minimè familiarem mibi, necesse est as expri-  
mit, nemini, ut opinor vestrum ignorata. Neq;  
enim opus est vobis exponi, quod i posteri orbi Chri-  
stiano innotuit. Triennium jam est, quod sacro-  
sanctam Theologiam publicè profiteor, & tole-  
ror in Academiā Rostochiensī, qua ob Fidei &  
Religionis sinceritatem, & Confessionis Augusta-  
nae sincere Lutheranae ad sertionem semper apud  
omnes optimè audijt; Et interim toto jam bien-  
nio & amplius Calvinismi insimulatus sum ob  
libellum quendam Philosophicum de causā &  
naturā mali ante septennium à me editum. Vnde  
adversarj mei & titulum & materiam adversi  
alicujus scripti adversus me scribendi, rapue-  
runt. In libro illo meo plurima contineri, qua nec  
simplicitatem pescatoriam, nec sanorum verbo-  
rum formam, qualem verbum Dei requirit, re-  
sipient, res & veritas ipsa eloquitur, & ego ipse  
jam dudū etiā à nullo monitus ultrò sensi, nota vi,  
& confessus sum. Nec mirum. Neq; enim que ex  
purissimo verbi Dei fonte haurienda sunt, ex  
turbatis corruptæ rationis rivulis, aut impuris  
Philosophorum cisternis, ( unde mihi pleraq; o-  
mnia in Phosphoro meo hausta esse liber ipse te-  
statur )

quam minimè familiarem mibi, neceſſitas expri-  
mit, nemini, ut opinor uestrum ignorata. Neq;  
enim opus est vobis exponi, quod i o rbi Chri-  
ſtiano innotuit. Triennium jam eſt, quod sacro-  
ſanctam Theologiam publicè profiteor, & tole-  
rator in Academiā Rostochiensī, qua ob Fidei &  
Religionis sinceritatem, & Confessionis Augusta-  
na ſincerè Lutherana adſertionem ſemper apud  
omnes optimè audiūt; Et interim toto jam bien-  
nio & amplius Calvinismi inſimulatus ſum ob  
libellum quendam Philosophicum de cauſā &  
naturā mali ante ſeptennium à me editum. Vnde  
adversarij mei & titulum & materiam adverſi  
alicujus scripti adverſus me ſcribendi, rapue-  
runt. In libro illo meo plurima contineri, que nec  
ſimplicitate pifcatoriam, nec ſanorum verbo-  
rum formam, qualem verbum Dei requirit, re-  
ſipient, res & veritas ipſa eloquitur, & ego ipſe  
jamdudū etiā à nullo monitus ultrò ſenſi, notavi,  
& confeſſus ſum. Nec mirum. Neq; enim que ex  
purissimo verbi Dei fonte haurienda ſunt, ex  
turbatis corrupta rationis rivulis, aut impuris  
Philofophorum cifternis, ( undemihī pleraq; o-  
mnia in Phosphoro meo hausta eſſe liber ipſe te-  
ſtatur )

statur) deponi possunt. Quædam in eo errata  
mea, quædam incommodè, & minus distinctè di-  
cta jamdudum ipse deprehendi: Illa omnia ad hac  
quatuor posiblissimum revocari possunt. Quorum  
primum de Fornicatione Samsonis incautè à me  
allegatum, & ut verbo dicam, non rectè. Alter-  
rum de necessitate mali, ubi Philosophicè scribens  
Philosophorum vestigia incautè secutus sum,  
quorum nemo de necessitate rectè aut sensit aut  
scripsit unquam. Nimis ubi inter alia illa,  
propter qua Deus mala fieri permittit, ma-  
lorum efficacem, & necessariò quasi agentem cau-  
sam esse, perperam putavi. Qua in Theologiâ  
minimè toleranda lubens reijcio. Imò verò dāno  
& detestor. Tertiū est, quod malum nihil appello.  
Vbi si distinctius locutus fuisset de nihilo negati-  
vo & privativo, (quam distinctionem notissi-  
mam quemq; de suo ad libri mei lectionem allatu-  
rum sperabam) fortè offendissem neminem. Neq;  
enim aliud volui, quam peccatum & malum ni-  
bil privativum esse, (quamvis ex verbi Dei &  
Theologorum sententiâ non mera sit privatio, ut  
in hoc tractatu meo exprimere conatus sum) &  
esse in illis, quæ ex nihilo creata sunt, quando De-

statur) deponi possunt. Quædam in eo errata  
mea, quædam incommodè, & minus distinctè di-  
cta jamdudum ipse deprehendi: Illa omnia ad hac  
quatuor potissimum revocari possunt. Quorum  
primum de Fornicatione Samsonis incautè à me  
allegatum, & ut verbo dicam, non rectè. Alterum  
de necessitate mali, ubi Philosophicè scribens  
Philosophorum vestigia incautè secutus sum,  
quorum nemo de necessitate rectè aut sensit aut  
scripsit unquam. Nimirum ubi inter alia illa,  
propter qua Deus mala fieri permittit, ma-  
lorum efficacem, & necessariò quasi agentem cau-  
sam esse, perperam putavi. Quæ in Theologiâ  
minimè toleranda lubens reijcio. Imò verò dāno  
& detestor. Tertiū est, quod malum nihil appello.  
Vbi si distinctius locutus fuisset de nibilo negati-  
vo & privativo, (quam distinctionem notissi-  
mam quemq; de suo ad libri mei lectionem allatu-  
rum sperabam) fortè offendissem neminem. Neq;  
enim aliud volui, quam peccatum & malum ni-  
hil privativum esse, (quamvis ex verbi Dei &  
Theologorum sententiâ non mera sit privatio, ut  
in hoc tractatu meo exprimere conatus sum) &  
esse in illis, quæ ex nibilo creata sunt, quando De-

um deserunt. Hac sententia est Augustini contra  
Manichaeos, quam ego suo auctori relinquo,  
et vestro, Ecclesia, judicio. Quartum deniq;  
in illo, cum dico, quod, si Deus furt a et alia ma-  
la hominum opinione injustissima, cuiquam impe-  
raret, illa non esse mala. Vbi verba quidem du-  
riora videntur, de sententiâ meâ vos judicate,  
qua hac est: quod spoliatio à Deo Israelitis im-  
perata, qua opinione hominum furtum videri po-  
tuerit, non furtum neq; peccatum fuerit, nec ra-  
tione Dei imperantis, nec ratione Israëlitarum  
imperata peragentium. Nunquam enim ego aut  
scripsi aut sensi à Deo quenquam ad aliquid im-  
pelli posse, quod ratione ipsius hominis impulsi  
peccatum sit. Hoc autem docet Calvinus, quod  
ex libro meo nullis unquam tormentis extorque-  
ri poterit. Hac et plura alia in libello meo, qua  
partim reiçio, partim distinctius declaro, vestro  
judicio ac censura submitto. Omnia autem illa  
sic scripsi in tractatu illo meo Philosophico, ut  
ad sensum meum de omnibus sustinuerim, semper  
jus addendi, demendi, mutandi, emendandi li-  
berum et salvum mihi reliqui postulaverim.  
Sacrosanctum verbum Dei et Ecclesiam sem-  
per ex-

per exceperim, neq; quidquam dictum aut ratum  
esse voluerim, quod verbo DEI, aut Sacrosancta  
DEI Ecclesia aut repugnet, aut non consentiat:  
petens candidè mihi imperiri, si quisquam quid  
rectius illis noverit, promittens neminem tam  
promtum fore ad monendum, quam me ad mu-  
tandum. Iam vero ecquid adversarius meus,  
qui hanc meam petitionem & promissionem in  
libello illo meo legere & poterat & debebat, mihi  
illud praestiterit, quod sibi à me fieri cupivisset, &  
me candidè, amicè, & Christianè admonuerit,  
Vos reverendi & prstantissimi viri, quos Deus  
Ecclesia sua prfecit, astimate & judicate. Vos  
inter nos aqui judices & arbitri sedete, quorum  
censuræ, judicio & arbitrio, ea quâ par est reve-  
rentia me & omnia mea subijcio ac submitto. Vos  
me ut Paulus jubet pñ ws exθev iyyōte, ἀλλὰ ρεδετή  
ws adελφὸν, non ut inimicum ducite, sed ut fra-  
trem admonete, quod quo quisq; fecerit liberiūs  
& candidius, eò mihi fuerit gratius. Et experie-  
tur, quisquis mei periculum facere voluerit, Lu-  
bino nihil gratius unquam fuisse, quam à bonis  
moneri & erudiri. Et hac una me caussâ impu-  
lit, ut hanc meam de caußâ peccati tractatio-  
nem

nem, vobis inscriberem, hoc est vestro judicio ex-  
ponerem. Nimirum meā hāc inscriptione nihil  
aliud querens quam hanc meam de peccati cau-  
ſā sententiam vestro judicio comprobare, & vo-  
biscum in unitate fidei & Religionis quamdiu  
vixero, constanter consentire, conspirare, & per-  
severare. Quod si cui, vel hoc tractatu meo,  
vel alijs à me editis, nondum est satis factum,  
quid porrò à me fieri aequum sit significet,  
patebit me nihil magis in votis habere,  
quam omnibus bonis, quantum potest satis-  
facere, & Ecclesia D̄i me & omnia mea com-  
probare. Quod si quis vestrum me litteris suis  
non monuerit, illum tacito suo judicio, suffragio  
& favore benevolo mihi meaq; cauſā accessisse  
arbitrabor. Bene & feliciter valete, Et Ecclesia  
Iesu Christi diu & salubriter docete, ad Dei glo-  
riam & multorum salutem. Rostoch. 20. Maij  
Anno 1607.

V. R. & Pr.

Observantiss.

E. Lubinus.

19

DE CAVSSA  
PECCATI, TRACTA<sup>T</sup>  
TIO THEOLOGICA,

*Anniversaria Disputationis loco  
publice proposita,*

DE QVA  
JUVANTE DEO,  
PRAESIDE  
EILHARDO LVBINO, SS. Th. D.  
& Professore ordinario,  
*Respondet*  
M. MARTINVS HALLERVORDIVS  
Osnaburgensis Vestphalus.

In Auditorio magno Die 20. Maj.





## I.

**D**ISPUTATIO de causa peccati in mundo omnium antiquissima est, quae multi omni faculis Ecclesiam DEI variè turbavit. De quâ Theologicè ex verbo DEI differunt; Deum oramus, ut nos in veritate suâ dirigat.

2. Antequam verò de Peccati causâ inquiramus, prius, ut ordine procedamus, inquirendum videtur, An sit, & Quid sit, ne, quod absurdum est, rei vel non existentis, vel saltem ignota originem videamur inquirere.

3. Peccatum an sit inter Christianos nemo dubitare poterit, qui verbum DEI evolvete, & suam naturam & vitam penitus inspicere dignabitur, Cum vel profani homines ex luce natura observarint in omnibus mundi partibus admirabilem ordinem & concentum: solum verò hominem exorbitare, & præ reliquis in mundo animalibus malum pariter & miserum esse.

4. Quamvis autem Ethnici quid & unde peccatum esset ignoraverint, utcunq; tamen natura sua pravitatem, & inde emanans omnium malorum diluvium notarunt. Unde quidam exclamat:

Φεῦ πῶς τοντούς ἐστιν αἰθέρωπε φύσις τὸ σύνολον.

Lycurgus. Natura, vah: humana quam prorsus mala est!

Et alter.

Cicero.  
Menan-  
der.

O me nunquam sapientem!

Alius verò inquit

Αμαρτίαντε ποδεῖ σοφῆ σοφώπερος.

Peccat etiam vel sapiente sapientior.

Psal. 103. 5. Verbum DEI autem peccati in homine enormitatem longè liquidissimè ostendit. Nempe quod angeli faciant verbum Dei, quod sol occasum suum agnoscat, quod terra maneat in suâ stabilitate, quod montes ascendant, quod aqua suis terminis immoretur, quod nix, grando, & procellæ faciant ejus verbum, &c. Quod contra riperii DEIUS augescere malitiam hominis in terra; & omne figmentum & cogitationes cordis ejus, tantummodo malum esse omni tempore.

Psal. 104. v. 30. Gen. 6. v. 5. 6. Nimirum scriptura sacra ubiq; humani generis peccata indiget, ostend-

v. 30.

v. 9. 19. 20.

Gen. 6. v. 5.

offendens quomodo omnes homines in Adamo in peccatum lapsi, in Christo Rom. 5.  
in peccatis liberentur. Vbi lex per Mosen data peccati atrocitatem demon- v. 12.  
strat: Et gratia & veritas in Evangelio de Christo patescunt nos à peccato Ioh. 1. v. 17.  
absolvit. Ad quod destruendum filium DEI in mundum venire, hominem  
fieri, pati ac mori oportuit.

7. Nos ergo Christiani verbo DEI edociti de peccatorum magnitudine,  
non solum novimus, quod homo nemo sit justus in terra qui bonum faciat, &  
non peccet; quod nemo sit justus & ne unus quidem; quod omnis homo sit  
mendax; quod à peccatis nemo liber sit, nisi ad unum diem sit vita ejus:  
quod justus etiam pro remissione peccatorum orare opus habeat: adeoq;  
in quibus peccatis nati sumus omnes, quotquot ex carne, sanguine, & libidi-  
ne viri naturaliter concepti & nati sumus, natura filii iracub sub eterna con-  
damnationis reatu, nisi per Christum liberemur:

8. Verum etiam novimus horum malorum omnium fontem & somitem,  
primorum nempe parentum lapsum. Nimirum quod per unum hominem  
peccatum in mundum intraverit, in quo omnes peccaverunt, etiam infan-  
tes, qui ad similitudinem transgressionis Adami non peccarunt.

9. Est autem peccatum in genere avouia, sive defectus à lege, in qua  
DEI voluntatem suam expressit. Et est duplex: Originale, quod est  
carentia justitiae originalis, que ante lapsum in homine creata per lapsum  
amissa est, que fuit in mente pura DEI agnitione, in voluntate sincerus DEI  
amor: praeterea prava inclinatio ad malum. Actuale, quod est affectus,  
cogitatio, dictum, & factum contra legem DEI.

10. Ut autem de peccati Originalis causâ primâ agamus, considera-  
tur illa carentia non solum in defectu boni, sed etiam in successione contra-  
rij mali, in quantum non solum abest quod adesse debuit, verum etiam  
adest, quod adesse non debuit. Neque enim solum mens caret DEI co-  
gnitione, sed insuper etiam se adversus cognitionem DEI exsollet, & ho- 2. Cor. 10  
stiliter illi reluctatur: Et in voluntate non solum abest amor DEI, sed & v. 5.  
adest insuper odium DEI, & inimicitia adversus DEU M. Rom. 8.  
v. 7.

11. Neque enim solum homo per lapsum à DEO aversus est, sed insu-  
per etiam ei adversus, instar perjuri militis, qui non solum ab imperatore  
suo defecit, sed eundem etiam insuper oppugnat: Et instar morbi, qui non  
solum est defectus temperamenti in humoribus, sed insuper etiam prava di-  
spositio, sanitatem & vitam corporis oppugnans.

12. Sic Diaboli defecerunt à DEO, non solum quando in veritate non

- steterunt, sed & insuper quando hostes & calumniatores D E I & veritatis sunt facti: Et cum non solum non sunt cum D E O, sed & sunt contra De-
- Matth. 12. um.** Unde Salvator noster: Qui non, inquit, est mecum, contra me est, & qui non colligit mecum, dispergit.
- v. 30.**
- Luc. 11.** 13. Et veluti Iustitia reparatio non solum consistit in peccati & maledictionis absolutione, sed etiam in contrarij boni, iustitiae & vita imputatione & collatione: Sic originalis illa Injustitia non solum consideratur in nudâ carentia originalis Iustitiae: verum etiam in pertinaci contumacia pravi habitus, vitiosa inclinationis & dispositionis, quo inclinat ad malum; & in pravum actum, in odium & contemptum D E I erumpere potest.
14. Quamvis autem corruptum pomum à putredine, corpus à morbo, caro à leprâ, substantia & natura ab inherente malitia omnino distingueda sint: Hac tamen pertinax malitia, & tenacissimè inherens pravitas humanam naturam penitus invasit, sic ut in ilâ nulla sit pars, nulla, us sic loquar, paris fibra, quam hac & paucætis evanescat & hujs morbi contumacia penitus invadens non intime occupaverit.
15. Hec, alterius alias disputationis, hic tantum propter peccati genus constitutendum dicuntur, quod consideratur, non in simplici defectu, aut nudâ stiosâq; carentia, sed in prava concupescientia, quo est quidam quasi positivus habitus inclinans ad malum. Et hâc consideratione est quasi duplex ab opere D E I defectus, non solum cognitionis & amoris D E I carentia, sed insuper contraria quadam repugnantia & adversatio cognitionis D E I, & odium ac fugâ D E I.
16. Hac talis ac tanta originalis malâ labes, quam nec humana ratio sapientia comprehendere, nec oratio eloqui poshit, ex lapsu Adami contracta, & in omnes posteros, quotquot ex carne & sanguine naturaliter nati sunt derivata est, per cuius unius offensam peccatores constituti sunt multi.
17. Inquiremus autem porro hujus tam atrocis ruine, & immanis lapsus caussam, quidnam nimurum sit, quo Adam adductus à voluntate & mandato D E I defecit, & contra præceptum D E I arborem vetitam tingerit, ejusq; fructum comedet; eoq; peccato admisso se & omnes ex se posteros in corporis & animi cruminas, in peccati servitutem, & in corporalis & spiritualis mortis reatum precipitaverit.
18. Disturi autem primo qua sit causa lapsus: Deinde qua non sit, principio adserimus ex verbo D E I cum Orthodoxâ Ecclesiâ, quod peccati five lapsus, & aversionis vel defectus à Deo causa sunt, Diabolus suadens, & volun-

voluntas hominis liberè consentiens. Et prior quidem Diabolus suadens,  
qui suasit Eve, & per Eam Adamo: Posterior voluntas hominis Diabolo  
suadens accedens, seq; à Deo, & Dei verbo avertens. Cujus lapsus nihil ali-  
ud est, quam defectus & aversio à D E O.

19. Et quia Diabolo suadente avertit se homo à Deo, (ut de ejus lapsu 2. Pet. 2.  
& defectu aliquid dicamus) patet, quod Diabolus prior lapsus fuerit, & v. 4. 1.  
jam ante à Deo defecit. Et quia lapsus est, & defecit, presupponitur Ioh. 3. 8.  
necessario quod aliquando steterit, hoc est erectus à Deo in justitiā & san- Iudæ v. 6.  
ctitate creatus sit. Qua ratio Manichaismum penitus everit. Innuit hoc Ioh. 8.  
verbū DEI, cum dicit de angelis peccantiib; quod non servatā suā origine Apocal. 12  
reliquerunt suum domicilium, & in veritate non persistierunt. v. 9.  
Ioh 8 44.

20. Quamvis autem ignoretur quando Diabolus ceciderit, patet ta- 1. Ioh. 3.  
men, quod omnium primus peccaverit, & ante eum peccaverit nemo. Ob id v. 8.  
dicitur antiquus serpens, qui seducit totum terrarum orbem, qui est homi- Ioh. 8.  
cida ab initio, & peccat à principio, & pater est mendacij. Ex quo sunt v. 44.  
omnes, qui peccatum faciunt, & justitiam non exercent, qui ex Patre suo 1. Ioh. 3.  
Diabolo sunt. Unde patet quod primus peccati & mendacij auctor sit, quod v. 9. &c  
mendacium sit ī τῶν ἡλίων, ex proprijs Diaboli, quorum ipse auctor & in- 12. Ioh. 8.  
vēntor est, & quod ipsi est proprium, quod ex creatione non habuit, sed si- v. 41. & 44.  
bi ipsi invenit & consivit.

21. Patet hinc, quod Diabolus initid rectius fuerit conditus, sed volun-  
tario lapsu à veritate desciverit, & per sé, & ex proprio suo opere mendax  
& homicida sit factus. Cujus lapsum nullo prorsus modo Deus procurare  
potuit vel disponendo, vel ordinando, vel consulendo, vel adjuvando, vel  
eogendo, vel ullo alio modo efficaciter incitando. Neque enim Deus, qui  
veritas ex, ullo modo causa esse potest defectus à veritate, hoc est mendacij.  
Sic enim veritas & D E U S esse desineret, & ipse prius à veritate, id est à  
seipso defecisset oporteret.

22. Nec erat preterea aliud quid, quod illum ullā ratione potuerit sol-  
licitare & cogere ad lapsum. Nemo enim ante Diabolum mendax erat fa-  
ctus. Ille enim mendacium primus excogitavit, & ob id ejus pater dicitur.  
Et ad hoc mendacium sine ullā necessitate se inclinavit, liberrimā voluntate  
intellectivā, quaē ante lapsum libera, & nullā necessitate ad peccandum obli-  
gata erat. Qua tantum abest, ut ante lapsum cogi ad peccatum potuerit,  
ut ne post lapsum quidem ad peccandum cogatur. Lubens enim & volens  
peccāt.

23. Et quia libertate voluntatis abusus à veritate deservit, peccandi necessitatibus, id est peccati servituti se mancipavit. Quisquis enim committit peccatum, peccati servus est. Quia peccandi necessitas, & peccati servitus, est deterior est, quia est voluntaria. Diabolus enim peccando, & peccatis delectatur. Unde etiam necessitate reatus & aeterna damnationis tenetur.
- Ioh. 8.**  
**v. 34.** **2. Pet. 2.**  
**v. 4.**  
**Matth. 8.**  
**v. 30.** Quā in tartarum destrus, & catenis caliginis traditus damnationi servatur; & quā ipsi Diaboli se inevitabiliter aeternum excruciantes norunt, cum inquiunt Dei filio: venisti nos cruciaturus ante tempus?
24. Est ergo prima peccati causa Diabolus, non eo solum quod ab initio peccat, in seipso, dum in veritate non persistit, nec originem suam servavit; sed etiam quod in alijs, id est hominibus est homicida ab initio, quando scilicet Eam, & per Euam Adamum, antiquus ille serpens seduxit, & in Adamo & Evā omnem posteritatem & totum humanum genus occidit.
- Ioh. 13.**  
**v. 2.**  
**2. Cor. 11.**  
**v. 3.** Nec solum in lapsu Ada, sed etiam post lapsum. Nempe ubi Cain, qui occidit fratrem, ex illo malo erat; qui Davidem commovit ad numerandum populum; qui immisit in cor Iude, ut proderet Christum; qui ut Eam, Apocal. sic & reliquos homines decipit; qui seducit totum terrarum orbem; cuius laqueis homines captivi tenentur ad voluntatem ejus, qui intus obsidens efficit operatur in filiis contumacia: Et circumvit ut leo rugiens, querens, quem devoret.
- 1. Pet. 5.**  
**v. 8.**  
**2. Pet. 2.**  
**v. 4.** 25. Est ergo peccatum & mendacium ex ratione Diaboli, ad quod liberrimā voluntate & arbitrio se inclinavit, Idq. Deo minime impellente, qui illi peccanti non pepercit, sed in tartarum destrusum punivit, & qui Diabolus sibi malum suum, cuius ipse solus invenior & pater est tanquam nancorē in rōasē atiraxit, sine ulla necessitate. Si enim ulla necessitas ab externo Principio imposta illum coegeret, non ille Pater mendacij ab initio peccasset, sed aliquid ante ipsum malum exitisset, quod Diabolum ad malum impulsasset. Quod verbo Dei penitus contrarium est.
26. Porro in lapsu Diaboli & Adami in multis consimilis ratio est. Hoc autem imprimis interest, Quod Diabolus à nullo alio incitatus, ab initio peccati & mendacij tanquam proprij & sui primus pater & auctor est: Adam vero ab alio, nempe Diabolo ad lapsum incitatus & seductus est, quod Adamo ad veniam consequendum profuisse adfirmat D. Augustinus. Seductus est autem Adam à Diabolo tanquam à causa & consulente & hortante & sedidente, ut dixi.

27. El.

27. Et suasis quidem ille, & consuleat Adamo. Sed hic nondum ullus  
Adami peccatum erat. Causa enim hortans, suadens, & consulens erat  
extra Adamum, quae Adamum cogere neutquam poterat, nisi ille ulro, &  
sponte suâ consenseret, qui relictus erat in manu sui consilij, & cui talis vo-  
luntatis libertas data, quâ esse poterat quod volebat: quem Diabolus qui-  
dem hortari & sollicitare potuit, sed non cogere. Et conditio hominis ante  
lapsum talis erat, ut à nullo propriè ledi potuerit alio, quam à se ipso.

28. Suadens enim & hortans causa erat extra Adamum, quâ Diabo-  
lus peccavit, non Adam. Sed Diabolo accedens & consentiens causa, que  
propriè peccati causa est, erat in Adamo, & in liberaâ ejus voluntate & ar-  
bitrio. Nam duo hic concurrebant, causa consulens, & causa obediens  
& consentiens: Tentator Diabolus, & obtemperator homo. Diaboli fuit  
tentare, suadere, consulere & hortari ad transgressionem & peccatum, qui  
suas ex invidiâ, intercedente mendacio, & divini verbi calumnia, prece-  
pti D E I transgressionem. Nihil tamen prorsus effecisset, nisi Adam sua-  
zioni illius obtemperando preceptum D E I transgressus esset.

29. Est ergo Diabolus externa & remotior lapsus causa, & quidem  
consulens & suadens, non autem faciens. Sed neq; natura Adami eum ad  
defectum impulit, que ante defectum pura & incorrupta fuit, nullam ad  
malum aut lapsum inclinationem habens, utpote que ex officina optimi sui  
creatoris, non nisi valde bona prodierat.

30. Et quemadmodum post lapsum, cum natura depravata est, vitiosus  
& corruptus ex corrupto homine nascitur, cum nimur per unum homi-  
nem peccatorem peccatum in omnes homines derivatum est, unde omnes  
naturâ filij irâ nascimur ( ut leprosus ex leproso, Epilepticus ex Epileptico,  
ubi vitium naturæ, à parentibus in liberos traducitur: Sic ante lapsum na-  
tura erat integrâ; Et Adam ab optimo creatore non nisi valde bonus fui-  
reatus, sic ut natura Adami, in quantum D E I opus est, nullam prorsus de-  
fectus causam in se habuerit.

31. Cum enim mens & voluntas ante lapsum integrâ fuerint, actiones  
inde profectæ non potuerint esse non integræ, si natura à D E O create du-  
ctum sequi voluissent, non autem Diabolum sequi, qui jam ante naturam su-  
am in se violaverat, & lapsus alios ad ruinam dolosè sollicitavit.

32. Et libera quidem mens & voluntas ante lapsum valde bona in homi-  
ne erat condita, & quamvis in manu consilij sui relicta, adversus lapsum fa-  
cias munera, & ab omni necessitate penitus absoluta. Interim tamen mutabi-  
lis erat,

Aug. de  
Gen. ad

litt. cap. 9.

Ns erat, quod patet ex precepto D E I, & pœnâ mortis illi additâ, quod ir-  
ritum fuisset, si corrumpi & mori non potuisset. Potuisset tamen etiam  
immutabilis esse, quod & ipsum ex mandato patet. Si enim servare  
D E I mandata non potuisset, frustra mandasset Deus (longè enim alia præ-  
ceptii ratio fuit ante lapsum, quam est post lapsum in lege Dei.) Si etiam man-  
data transgredi non potuisset, frustra illud prohibuisset D E U S, nec utiq.  
etiam Adam lapsus esset.

33. Si queritur, cur Adam à Deo conditus, mutabilis fuerit qui scilicet  
labi potuerit, perinde est, ac si quereretur, cur Adam non aequalis D E O  
sit factus. (Ille enim unus & solus est, qui non mutatur in ævo) Perinde ac  
Jacob. i. v. si queratur, cur D E U S voluntatem homini dederit, cuius voluntatis ante  
17. lapsum propria fuit libertas; Non autem talis, qualis in D E O est, cuius li-  
Psal. 70. bertatis creatura non fuit capax. Quis enim est similius tibi? Et quis sicut  
v. 19. & 113. v. 5. Dominus Deus noster qui in aliis habitat?

34. Qualis autem libertas in homine ante lapsum fuerit, ex vicinâ an-  
gelorum naturâ promium est estimare. Potuisset enim stare, ut angeli non  
lapsi etiamnum in veritate persistant & aeternum stabunt in veritate, à Deo,  
cui adhaerent, confirmati. Potuit etiam labi, ut angeli lapsi sunt, qui origi-  
nem suam non servarunt, & in veritate non steterunt.

35. Queritur jam unde Intellectiva illa voluntas in Adamo, qua valde  
bona fuit, primum motum male voluntatis habuerit. Ubi respondendum,  
quod supra de Diabolo dictum fuit, quod illum suâ voluntate sponie & ulterius  
ad facilius contraxerit. Quia enim mutabilis fuit, sequitur utiq., quod  
primum mutationis motum ad deteriorius à se, & in se sumere potuerit; &  
quia lapsus est, utiq. à se motum illum sibi sumvit. Loquor enim non de  
causa suadente qua fuit exira Adamum in Diabolo: sed de causa efficien-  
te intus in liberâ voluntate Adami, qua Diabolo accessit & censensit contra  
mandatum D E I, quod fecit Adam purâ & putâ liberâ voluntate, & intel-  
lectu à bono & vero declinante & aberrante. In quo ipso ratio illius pecca-  
ti penitus consistit.

36. Est ergo efficiens peccatorum causa voluntas Diaboli & primorum  
hominum, neutquam verò Deus, qui nec vult, nec approbat ullo modo pec-  
cata. Sed illa odit, vetat, & punit. Et Diabolus quidem sui peccati unus  
& solus causa extitit. Adami verò lapsus Diabolus est causa externa &  
remota tanquam suadens. Interna verò & propinquâ & propria, voluntas  
Adami sed culpâ persuasa; cum suasori Diabolo resistere potuerit; ut an-  
geli

geli non lapsi illi resistiterunt, quos etiam à Diabolo ad defectum sollicitatos esse, dubium non est.

37. Sed quia angelorum & hominum intellectiva voluntas in deterius mutata & lapsa est, ac defecit, sequitur quod mutabilis & labilis fuerit an-  
te, quam mutaretur. Ut enim lignum antequam frangatur, fragile fuit:  
Sic libera hominis voluntas antequam mutaretur, utiq; fuit mutabilis.  
Quaritur autem, unde angelorum & hominum voluntas habuerit illam mu-  
tabilitatem, quā mutari potuerunt, cum voluerunt?

38. Et accuratè hic notandum, non hic queri de efficiente causā mu-  
tationis, sed de materiali quasi. Cum enim queritur, Unde lignum est  
fragile, non queritur de efficiente causā fractionis, tanquam dicas, quis  
lignum frangit? sed queritur de materia ligni fragili, unde illa sit fragi-  
lis, & frangi possit. Sic cum dico voluntas est mutabilis, & voluntas se mu-  
tavit, non est eadem utrobiq; locutio. Ibi enim de materia & subjecto mu-  
tationem quasi paciente dicitur; Hic verò de causā efficiente.

39. Et respondent sancti Patres, & D. Augustinus creaturam eo esse mu-  
tabilem, quia non possit equalis esse creatori suo, qui solus suā naturā est  
immutabilis; Idq; eo quod aeternus filius D E I, per quem omnia facta sunt  
sine principio de essentiā aeterni Patris ab aeterno natus sit: Angeli verò  
& homines in principio à Deo ex nihilo creati sint. Ex quo fit, inquit D. Lib. i de  
Augustinus, ut de nihilo creaverit omnia, De se autem non creaverit, sed cap. 2.  
genuerit, quod sibi par esset, quem filium D E I unicum dicimus, per quem  
fecit, quidquid de nihilo fecit.

40. Quod autem ex nihilo creatum rursus corrupti possit, idem asse- Tom. 3.  
rit, cum ait, defectum effexum de specie ad materiam & ad nihil intendi- de Gen. ad  
tur. Idem quarentibus undesit corruptio? Responderi inquit brevissime litt. im-  
potest, quod hæ naturæ quæ corrupti possunt, non de D E O genitæ, sed ab Tom. 6.  
illo de nihilo factæ sint.

41. Quamvis ergo hæc de causā ex sententiā D. Augustini & aliorum stolam  
(de quā Ecclesia judicium committimus) mutabilis fuisse videantur ange- Manichei  
li & homines etiam ante lapsum; non tamen proprieatæ mutati fuerunt. Ut cap. 36.  
lignum fragile non est causa efficiens sue fractionis in quantum fragile est,  
sed est materia patiens fractionis. Interim angelii & homines, quamvis ex  
nihilo creati, & sic mutabiles, cum suā liberā voluntate mutari vellent,  
perpetuo immutabiles manere potuissent, ut videre est in angelis non lapsis  
qui & ipsi ex nihilo, ex eadē materiā quasi creati, in veritate perpetuū  
persestiterunt, & aeternū perstabant.

B 42. Ha-

42. Hactenus de verâ & propriâ peccati caussâ paucula hæc sufficientia.  
Hanc alij alid derivare conati sunt. Et alij quidem caussam efficientem  
peccati, retulerunt in aliud, & alterum quoddam principium Malum, quod  
Deo principio omnis boni ab aeterno oppositum esse monstruosimè finxerunt,  
Duo rerum Principia statuentes. Alij vero longè monstruosius, illam in D E-  
V M, qui vel Platone teste, est caussa omnis boni in natura, indignissimè de-  
generare conati fuerent.

43. Et horribilem humanae natura per lapsum corruptionem hinc liquidam  
observamus, quod quamvis potius peccati caussam comminisci, quā illam no-  
bis imputare malimus, primorum nostrorum parentum genuini liberi. Ut  
enim Adam post lapsum culpam transferebat in Euam, & obliquè in D E-  
V M; Eua autem in serpentem: Sic posteri suorum peccatorum culpam  
vel in D E V M, vel in aliquod D E O oppositum mali Principium retu-  
lerunt.

44. Contra utrosq; ut quantum potest, brevissimè agam, Principiū  
Manichæi, qui duo contraria principia insanissimâ impietate uni mundo  
præficiebant, suâ insanâ non solum veritatem verbi D E I penitus everte-  
bant, sed etiam universum mundum, & sensum etiam & rationem huma-  
nam. Mundi enim admirabilis structura & harmonia unum D E V M agno-  
scit, quod qui in natura non videt, non ratione solum caret, sed & sensu, ut  
Avicenna dicebat. Vnde concludebat Zenon, unum esse Deum, alioqui nul-  
lum esse Deum: Et ἀβεόητα κι τολυθεότητα, multos Deos dicere & nul-  
lum Deum dicere, ejusdem insanie esse. Verbum autem Dei inquit: Nul-  
lus est D E V S alius, nisi unus. Qui unus est altissimus, creator omni-

Eccles. 33. v. 15.

Eccel. 1. v. 8.

Heb. 3. v. 4.

Ioh. 1. v. 4.

Exod. 3.

Sap. 1. v. 14.

Act. 17.

v. 28.

Rom. 11.

v. ult.

Lue. 11.

v. 13.

45. Universa autem illa Manichæorum insania hoc uno fundamento  
refutatur, quod Deus omnia condidit, per quem omnia facta sunt, sic ut ni-  
hil factum sit quod sine illo sit factum. Qui est ὁ θεός, qui est; Et qui crea-  
vit omnia εἰς τὸ οὐρανόν, in esse, adeoq; in quo vivimus movemur & sumus; ex  
quo, per quem & in quo sunt omnia. Vnde patet quod nihil sit in mundo, in  
quantum est, quod esse suum ab uno D E O, non habeat, qui solus bonus est:  
Patet etiam, quod nulla in mundo natura sit & essentia, quæ in quantum na-  
tura & essentia est, non bona sit.

46. In eo autem Manichæi fadissimè errarunt, quod mali caussam in-  
quirerent, quod quid esset ignorabant. Statuebant enim malum esse natu-  
ram & essentiam & rem, in quantum natura essentia, aut res est; cum ma-  
lum nî

Ium nihil aliud sit, quam corruptio & privatio rei bona. In quibusdam enim rebus corruptionem à re corrupta non distinguentes, graviter impinguabant, cum nihil corrumpere possit, nisi quod bonum est. Interdum res bona & minime corruptas, malas essentias dicebant, quae non nisi per inconvenientiam ledunt, ut scorpius, cicuta, aconitum. Quā ratione etiam ignis & aqua mala dici possent, quibus tamen hominum vita nihil salutarius.

47. Præterea statuebant bonum & malum ab aeterno esse opposita, & essendi principia, & bonum quidem entium bonorum, malum vero entium malorum: Non observantes bonum & malum sic aeternum opposita contraria non esse posse, cum utrumq; Ens esse statuant, & sic duo haec, in uno, nempe in esse convenient: Neque principia esse posse duo, quae unum & Ens se habeant superius.

48 Opponebant autem Siracide illud: Contra malum bonum est, & contra mortem vita. Quo loco in ipso textu refutantur. Additur enim quod omnia opera sunt altissimi, de quo idem ait. Vnus est altissimus creator omnipotens, qui pro sua sapientia mala quae non facit, 1.v.8. bonis opponit. Præterea bonum & malum ibi opponuntur, ut ens non enti: Illi enim quod est, contrarium est, quod non est.

49. Quod autem Diabolus mundi princeps, & Deus seculi à Christo & Iohi 14. Paulo appellatur, eo fit, quod ille per peccatum humanum genus sibi subiectum est, & filii hujus seculi tanquam princeps imperet. Aliud autem est in homines hominum culpam, Deo permittente, principatum obtainere: aliud est mundi esse Principium. Cælorum mundi imperium per scelus & mendacium ac rapinam possidet, in quantum à Deo illi permititur, Cujus est terra & Psal. 24. plenitudo ejus. v. 1.

50. Argumenta illorum in tam insano furore, erant vanissima. Quod enim dicebant, In appositis contrariis requiri utrumq; ut sit, Verum est de illis contrarijs, quae sub uno Ens genere sunt, & per consequens bona sunt. Omne enim quod est, in quantum est, bonum est. Vnde consequitur quod DEUS ens entium, summum bonum sit: Et quod summum malum, quod summo bono opponebant, non sit Ens aliquod.

51. Præterea dicebant contrariorum effectuum contrarias esse causas: Et interim ignorabant malum non effectum sed defectum esse & carentiam boni, Cujus causa propriè loquendo non est efficiens sed deficiens. In quantum illud quod bonum est deficit. Potest enim bonum esse sine malo, ut angeli non lapsi, qui Deo adhaerunt. Nullum autem malum sine bono esse potest,

potest, quippe cuius boni malum est defectus. Bonum enim est subiectum malū. Quo bono subtrahō malum considerari neutiquam potest.

52. Hec de Manicheorum heresi paucis & leviter attigisse hoc loco sufficiat. Quae licet insanissima & monstruosissima fuerit impietas: tolerabili- or tamen est quād illorum atrocissima blasphemia, qui Deum causam lapsus angelorum & hominum, & omnium malorum quoquo modo afferunt. Ma- nichi enim, ne concederent Deum bonum malorum causam esse, malue- runt afferere, aliud & diversum ac contrarium summo Bono, malū esse Prin- cipium, quod omnium malorum causa esset.

53. Ut autem Deum ab hujus lapsus Adami, & omnis alterius mali sive peccati causā quoquo modo considerata in solidum alienum esse ostendamus præmittam illa, quæ ex verbo D E I, & rectâ ratione verbo D E I gubernâ- tâ pro hac verâ & sanâ sententiâ depromî possunt.

Rom. 11.  
v. 34.

Principiū universa sacra scriptura Bonitatem & misericordiam D E I à capite ad calcem inculcat. Bonitatis enim ac misericordia D E I infinita ac eterna opus est creatio & conservatio omnium rerum, & humani generis in peccatum lapsi renovatio. Neque enim horum quæ creavit aliquo indi- git, qui sibi ab aeterno sufficit: neq; quidquam cuiquam debebat. Nam quis prior dedit ei?

54. Ut autem statutus controversie rectius formetur, ostendimus superiori peccatum avocatū sive defectum esse operis D E I, & lapsus esse transgres- sionem mandati D E I, & defectum à veritate, fidelitate, agnitione & amo- re D E I, quam D E V S angelis & hominibus plenè contulerat. Addide- rat eis jam vires perseverandi si voluissent. Addiderat insuper & manda- tum ut perseverarent, & manerent in se D E O. Quaritur jam an D E V S quoquo modo lapsus, & inde derivatum peccatum in totum mundum, hoc est defectum à se & mandato suo voluerit, approbarit, vel ullâ ratione effi- caciter procuraverit. Quod statutus neutiquam potest, quin inde sequatur Deum malum, mendacem, hypocritam, esse, hoc est Deum non esse.

55. Non autem exquiramus curiosius testimonia illa scriptura, quibus bo- nitas D E I afferitur: Cum ipsa scriptura hoc fundamenti loco habeat DE- V M bonum esse, sine quo tota scriptura concideret. Imò verò Bonitas est de intimâ essentiâ D E I, adeo ut sine bonitate Deus esse neutiquam posse. Si enim malus essent, esset in illo defectus & carentia boni, qui Deus esse aequit nisi sit effector, bonitas, & efficiens causa omnis boni.

56. Est ergo bonus Deus. Imò unus ille bonus est. Et nemo est bonus nisi

nisi solus Deus. Qui justus est, & in medio ejus non faciet iniquitatem. Cu. Psal. 118.  
jus omnia opera sunt in fide. Cujus opera manuum sunt veritas & judicium. v. 1. & 29.  
Qui lux est, & tenebrae non sunt in illo. Ut autem lux nec habet in se tene- Item 119.  
bras, neq; tenebrarum causa est: sic Deus qui bonus est, nec malum dat nec Mat. 19.  
habet.

57. Facit ille omnia valde bona. Qui cum vidit malitiam hominum do- Psal. 33.  
lore tactus est. Qui preparavit vespa misericordie, Vasa autem irae sua v. 4.  
culpae ad interitum aptata sunt. Neque enim quisquam prudens sibi prepa- Psal. 11.  
rat propter quod doleat aut irascatur. Cui non sunt utiles homines impij. 1. Joh. 1. v. 5.  
Et mala sunt, quae odit Deus. Et mali eligunt, quod Deus non voluit. Qui Gen. 1. v. 6.  
non vult iniquitatem. Qui non delectatur morte impij. Adeoq; qui pro de- ult.  
lendis peccatis dedit unigenitum. & dilectum filium suum απλύπων, ut Gen. 6.  
ostenderet, quam horribiliter peccatis irascatur. Rom. 9.

58. Quia autem Deus odit, & punit peccata, etiam in tradito dilecto v. 23.  
filio suo in mortem: Neminem Deus ad peccandum allicit, quoquo modo: Sir. 15.  
Nemo dicat se à Deo tentari. Deus enim neminem tentat ad malum. Nemo v. 12.  
dicat: Deus me decepit. Diabolus autem tentat. Cum quo Christo nihil est Zach. 8.  
commune. Quid enim Christo cum Belial?

59. Nimis Deus odit omnes, qui operantur iniquitatem, Nihil au- v. 12.  
tem odit illorum, quae fecit. Necessario sequitur Deum neutiquam ullā Psal. 5. v. 5.  
ratione effectivè peccatum procurasse. Quia etiam nihil est Deo cum Diabo. Ezech. 33.  
lo, Et qui facit peccatum ex Diabolo est: Sequitur utiq; peccatum fac- v. 11.  
entes à Deo esse non posse. Sed esse à Diabolo. Deus enim creavit homi- Matt. 20.  
nem inexterminabilem, & ad imaginem similitudinis sue fecit eum. Invi- v. 28.  
diò antem Diaboli mors intrexit in mundum. Iacob. 1.  
v. 6.

60. Sed ut ad rationes accedamus. Peccatum & malum est aliquid v. 13.  
sua natura non ens, & contrarium DEI operi, atq; adeo operis DEI cor- Sir. 15.  
rupio privatio & defectus. Quomodo Ergo hoc ab illo esse potest, qui est v. 12.  
Entium ens & efficiens causa omnium bonorum. Qui si defectus causa es- Aet. 5. v. 3.  
set, esset ipse causa deficiens, & Deus esse non possit.

61. Præterea Deus punit peccatorum autores. Quomodo ergo ipse se Matth. 8.  
propriet suum opus puniret. Item Deus jubet à peccatis resipiscere & de ad- v. 30. 2.  
missis dolore. Quod si ipse peccata quoquo modo efficeret, sua opera con- Cor. 6. v. 15  
demnaret. Si etiam ipse ad peccatum impelleret, & interim penitentiam Psal. 5. v. 7.  
exigendo à peccatis averteret, contraria in Deo statuerentur. Deus etiam Sap. II.  
peccatis irascitur. Suo autem operi nemo nisi imprudens irascitur. Imo suo Mar. 5. v. 7.  
operi 1. Joh. 3.  
v. 8.  
Sap. 2.  
v. 25.

B 3

operi

v. 8.

Sap. 2.

v. 25.

Dent. 27. operi male diceret, suum opus puniret. Suum opus tradito unigenito filio ex-

Lev. 26. piaret, & quod suum opus unigenito filio suo in mortem tradito delevisset,

Of. 13. v. 9. gratias ab hominibus deposceret. Quae omnia absurdā & monstrosa sunt.

Mal. 3. v. 6. Exod. 3. v. 62. Accedit quod à causa simplicissimè unitissimeq; una contrarij effe-

ctus neutiquam prodeant. Qui ergo est causa effectus, non potest causa

esse defectus, qui est causa salutis, nequii est causa perditionis. Cung; ex

fructu & effectu arbor & causa cognoscatur, si Deus defectus causa esse pos-

set, qui antea effectus causa fuisset: Sequeretur Deum à bono ad malum, ab

effectu ad defectum esse mutabilem, & ex efficiente mutari in deficientem.

Quod est contra D E I naturam, qui non mutatur, & est, qui est.

63. Sequeretur etiam si Deus quoquo modo peccatum efficaciter procu-

raret, Deum aliud dicere aliud facere, qui peccata prohibeat, & interim il-

la efficiat, & insuper in illos quos peccantes fecerit, animadveriat. Iam

verò contra Deus in conscientia peccatorum, à qua peccato admisso peccato-

res remordentur, ostendit peccata minime sibi placere. Qui bonum & ma-

lum perpetuum distinguit & ab invicem separari postulat.

64. Huc etiam illud addi potest, quod si Deus quoquo modo mali auctor

esset, omnis ratio orandi tolleretur. Postulamus enim à malis liberari. Imò

verò peccatum Dei operi & creationi prorsus, contrarium est. Deus enim

creavit ex nihilo aliquid. Peccatum verò ad nihilum quasi regreditur, Quo-

modo autem Deus qui perfectissimus est, & cuius opera sunt valde bona, ul-

lius mali, hoc est imperfectionis & mutabilitatis in peccatis causa esse possit,

nemo sanus estimare poterit.

65. Sed pluribus rationibus colligendis supersedeo, eo quod ineptissimus

jure videatur, qui ratione probare satagit Deum bonum esse & mala non

posse facere. Quod eque inceptum est, atq; si quis faciem in meridie accensam

soli lucenti intendat, ostendere volens in sole non esse tenebras & solem luce-

re. Bonitatem enim D E I universi mundi machina certatum attestatur.

Et Bonitas Dei radios suas in universum mundum longè clarius spargit,

quam ut ab ulla ratione probari aui ostendi indigeat. Quidquid autem

ostendit Deum esse, idem necessariò ostendit illum bonum esse.

66. Sed objicitur ex sacrâ scripturâ, Et quidem ex Esaiâ: Benè & male

Esaïæ 41. v. 23. si potestis facite. Vnde concludunt neminem bene aut male facere posse sine

D E O. Verum loquitur ibi Propheta de Idolis ligneis & lapideis illis insul-

tans, quod neq; prodeesse neq; nocere possint.

1. Cor. 12. 67. Objicitur & illud Quod Deus operetur omnia in omnibus. Sed la-

v. 6. quitur

quitur ibi Apostolus de salutaribus D E I in electis operationibus, & de acti- Eph. i. v. 11.  
one D E I speciali sive Gratia. Item illud: Omnia operatus est Dominus Proverb.  
propter se etiam impium ad diem malum. Quod non intelligi debet, tanquam 16. v. 4.  
Deus impium creaverit ut culpam admitteret. Sed quod homo a Deo re-  
bus creatus, & sua culpâ impius factus, a Deo ad pœnam determinatus &  
ordinatus sit, ex qua Dei justitia laus exsurgit.

68. Objiciuntur & illa: Non est malum in civitate, quod non fecerit Amo. 53.  
Dominus. Quis dixit Ex ore altissimi nec bona nec mala proveniunt. Ego v. 6.  
Iehova, formans lucem, & creans tenebras: faciens pacem, & creans ma- Thren. 3.  
lum. Bona & mala, vita & mores, Paupertas & divitiae a Deo sunt. In hisce v. 6.  
locis per malum non intelligitur culpa sed pena, quod inde patet, quia inter Sirac. 11.  
se opponuntur pax & malum. Est autem pena pro peccato & culpa justa & v. 14.  
debita. Cujus Deum caussam esse recte ex verbo D E I asserimus.

69. Item Ieremie illud: Seduxisti me Domine. Vbi Propheta loquitur Terem. 20.  
ex carnis impatentia conquerens, quod a Deo ad prophetandi officium edidisti & v. 7.  
periculorum plenissimum adductus esset.

70. Imprimis urgetur illud, quod Deus dixit: Indurabo cor Pharaonis. Exod. 4. v.  
Vbi sciendum est quod Deus minime condat vel efficiat efficaciter illam con- 21. & 7. v. 3.  
tumacem in impijs indurationem voluntati D E I resistentem. Hanc enim  
ipsi impijs sibi contrahunt, ut passim scriptura testatur: Nolite obdurare Heb. 3. v. 8.  
corda vestra. Qui obdurat cor suum corruit in malum. Vir increpatio- Prov. 28.  
num obdurat cervicem suam. Sic cum Propheta inquit: Excaca cor populi v. 14.  
hujus, Alibi ait Paulus: Oculos suos compresserunt. Item. 29.

71. In talibus ergo locis Indurare significat permittere & relinquere in v. 1.  
sponte contracta duritie, & non emollire. Quasi dicat Deus, cum Pharaon 1saie. 6.  
jam ante peccato totus depravatus sit sua culpâ, non convertam eum, sed v. 10.  
qualem invenio tales relinquam. Interim cum Deus indurationem permit- Deut. 20.  
tere dicitur, non significatur talis permisso, que conjuncta sit cum voluntate v. 16.  
benelaciti probante & adjuvante scelerâ. Ios. 2. v. 13.  
& 6. v. 15.

72. Idem respondendum ad Esaiæ dictum: Quare nos errare fecisti de Iudic. 21.  
vix tuis: Indurasti cor nostrum, ne timeremus te. Hic non dicitur, Deum effi- v. 14.  
cacerit in impijs operatum esse contumaciam: Sed continuisse suam miseri- Esaiæ 63.  
cordiam, & homines malos sibi, induluisse. Permittit autem homines sibi, v. 17.  
& in peccata illos sinit ruere, quando illos punit. Et sic peccata sunt pœna  
precedentium delictorum, quæ pœna a Deo est, in quantum peccatores se  
Deum injuste deserentes deserit & sibi relinquit.

73. Sic alibi dicitur Deus impios tradere in sensum reprobum. Alibi v. Rom. 1.  
rnrſus v. 28.

Eph. 4. v. 16 rursus dicitur, quod tradiderint seipso. Item: Tradidit illos Deus con-  
Rom. iv. 14 cupiscentijs suis. Quod alibi dicitur: Dimisi eos in obstinatione duricie &  
Psal. 80. pravitate cordis sui. Sic dicitur ne nos inducas in tentationem. Pro quo Ia-  
v. 9. Matt. 6. cobus habet: Deus neminem tentat ad malum. Hic Deus dicitur tradere,  
v. 13. quando illos qui semetipos tradiderunt sibi metipos relinquunt. Sic Pilatus  
Luc. 11. v. 4. tradidit Iesum, id est permisit Iudeos pro suo arbitratu cum ipso agere. In-  
Iacob. 1. de nos Germani homines prorsus improbos vocamus übergebene Men-  
v. 13. schen. Et cum dicitur, ne nos inducas in tentationem, idem est ac si dicere-  
tur ne permittas nos à Diabolo ad malum tentari. Non enim Deus est male  
agendi auctor, sed Diabolus.

74. Sic Adam in primo lapsu sui motu, quando Deum deserere voluit  
& deseruit, à Deo permisus, & sibi relictus in peccatum incidit. Deus  
enim, teste Augustino nisi desertus neminem deserit, Et Adam non nisi sine  
Deo, quem deserebat, & à quo vecissim relinquebatur, labi potuit, non po-  
tuit autem nisi per Deum resurgere: Vnde ait Augustinus: Noverit  
Adam suum esse quod cecidit: sed non suum esse quod resurgent.

75. Sic quando Deus suum imperium in homine per spiritum sanctum  
non exercet: tum succedit ultro in homine obscuratio intellectus, induratio  
cordis, contumacia, & inobedientia, qua in sunt in homine ab origine pri-  
mā. Et hoc est, quod Ambrosius inquit: Tradere non est immittere sed per-  
mittere. Homines enim, cum Deum deseruerunt & sibi relinquuntur, in se  
& à se nihil habent nisi tenebras, & nihil operantur nisi opera tenebrarum  
sub tenebrarum principe Diabolo.

Roma. ii.  
v. 8. 76. Alibi dicitur quod D E V S illis dederit spiritum compunctionis. Hoc  
autem fit cum spiritus sanctus quem contristant, & excutiant ab illis recedit,  
ut in Saule accidit: Et cum in domum purgatam postea intrat spiritus ma-  
lus. Tum enim homo sua malitia relinquatur, & in tali filio inobedientia Sa-  
thanas est efficax. Et sic Deus deserendo punit. Iustè autem deserit eos,  
qui se Deum prius deseruerant. Hinc enim pœna illa à Deo esse, & justa  
dicitur, in quantum justum est, & D E I justæ voluntati & judicio consen-  
tit, desertos illos esse, qui Deum deseruerunt.

3. Reg. 22. 77. Eodem modo explicandum est illud: Deus dedit spiritum mendacij  
v. 23. in ore Prophetarum: Item Deus misit efficaciam erroris. Vbi Deus perni-  
z. Theff. 2. sit Diabolo, qui mendax est, Et cui mendacium est proprium. Quando enim  
v. 11. D E I spiritus, spiritus sapientie & veritatis excutitur & recedit: Tum  
efficacia Diaboli succedit, nimirum error & mendacium. Et illa efficacia  
erroris

erroris est p̄tēa peccati. Cum enim Deus hominem deferendo puniri  
Diabolus errores & mendacia sua efficaciter exercere potest.

78. Objicitur illud, quod furor Domini inciavit Davidem ut numeraret populum. Quod idem est, ac si diceretur Deus iratus ob peccata David v. 1. vidi punire cum valens permisit ipsum à Diabolo seduci ( ut i. Par. 21. v. 1. expressè hoc ad Diabolum referunt ) ut ex arrogantiā populum numeraret. Sic apud Iobum dicitur : Dominus abstulit : cum tamen hoc non nisi latrones fecerint, permittente D E O.

79. Opponi etiam solet illud, quod dicitur : Ego Dominus decepi illum. Ezech. 14. Quod nihil aliud est, quam si diceretur Ego permittam eum decipi per deceptorem & mendacem Diabolum quem me deserto, securus est. Quia autem Diabolus nihil potest nisi Deo permittente, Et Deus cum puniri vult Diabolo permittit & p̄tēa ac permisso justa est ; Ideo dicit : Ego decepsum.

80. Cum etiam David de Semei inquit : Dominus dixit ei, ut maledicat mihi : Nihil aliud ibi dicitur, quam quod Deus, cum Davidem punire vellat, & Semei maledic Peace & hostis Davidi esset, permisit ipsum Semei inciari à Diabolo, & in convitia prorumpere. Vbi notare possumus maledictionem illam Semei peccatum fuisse, & p̄tēam peccati. Peccatum uiuere à virulento animo profectum, unde maledictio exsecranda vocatur, propter quam etiam postea punitus est Semei. P̄tēa vero erat ipsi Davidi, qui ilam promeritus erat.

81. Dicitur etiam de filiis Eli, quod non audiverint vocem patris sui, quia Deus voluerit illos, interficere. Vbi non putandum est, eo illos culpari admisisse, quod Deus illos voluerit punire. Culpa enim p̄tēa caussa est non conira. Nihil ergo aliud ibi dicitur, quam quod, cum suā culpā se in atrocia sceleris præcepit assent, propterea contra monita patris tam contumaciter peccaverint, quia Deus illos puniverit, & punire voluerit, primo illos deferendo, ut in peccatum incident, deinde ut in calamitates. Iusta enim p̄tēa est, quando imp̄y peccare permittuntur, & sic justè à Deo deseruntur, qui injustè Deum deseruerunt. Hæc p̄tēa sive permisso à D E O est. Ipsum autem peccatum est ab hominibus, quod sine D E O sibi relicti injustè perpetrant.

82. Dicam planius, si potero, in peccato culpa simul & p̄tēam diversimode notari potest. Culpa est à peccatore qui facit peccatum : P̄tēa à Deo, qui permittit peccatum. Hic agit justè, ille injustè. Ille enim qui facie

C p̄tēam peccati

peccatum iniuste Deum deserit. Deus autem qui permittit peccatum & deserit peccatorem, ipsum peccatorem permittendo punit. Permissio autem ipso nomine penam significat. Pios autem quos gratia sua complectitur, non ita sibi relinquit, sed reprimit in illis vitiostatem erupturam. Quia enim pena gravior esse, potest, quam a DEO sibi permitti & deserit. Iuste autem permittit & deserit hominem, peccatorē, quia nisi deseritus neminem deserit.

Exod. 9.  
v. 16.  
Rom. 9.  
v. 17.

83. Citantur etiam illa. In hoc excitari te, ut ostendam in te potentiam meam. Sed verba hec nihil aliud significant, quam quod Pharaonem post multa scelera non solum sustentaverit, & subsistere fecerit, & scelera ejus magna lenitate tulerit, sed illum etiam ad regiam dignitatem evexerit, ut cum Pharaao omnibus illis DEI beneficis abutendo eo profundius labens per suorum peccatorum penam, quo DEI beneficis altius erectus erat, in suā eversione & penā ostenderet, iram & potentiam DEI.

Rom. 9.  
v. 21.

84. Citant etiam illud Pauli, quo Deus comparatur figulo, qui ex eadem massa faciat aliud vas in honorem, aliud in ignominiam. Sed facilis & expedita est explicatio. Nam paulo post vasā irā dicuntur aptata esse ad interitum, vasā autem misericordia preparata in gloriam. Hec à Deo preparata sunt in filio Iesu Christo: Illa vero ad interitum suā culpa aptata sunt in Adamo, in quo omnes peccarunt. Quia autem in Adamo omnes peccarunt, omnes homines, & totum genus humanum est una quasi massa ad interitum per se suā culpā praaptata. Ex illā massā, quos ex merā gratiā & misericordiā in gratiam recipit, illos ipse preparat in filio suo vasā misericordie. Quos verò justo suo iudicio relinquit, illos facit, hoc est permittit & relinquit, ut maneant vasā ignominiae, qualia suā culpā in Adamo facta sunt, & vasā irā. Quorum appellatio satis ostendit, illā à Deo non esse facta, Dei enim opera sunt valde bona, que Deus cum beneplacito intuitus est.

Matt. 11.  
v. 25.

85. Obijcūt etiam solet illud Christi salvatoris nostri dictum. Abscondisti hec à sapientibus, & revelasti ea parvulis. Que verba aliud nihil volunt, quam quod permiserit revelationem Evangelij absconditam mansisse hujus saeculi hominibus suā justitiā & sapientia confisis, & Stultitiam Evangelij superbè contemnentibus. Contra verò eam innotescere voluerit simplicibus, vilibus abjectis & indignissimis, iudicio mundi, in mundo hominibus. Qui in suā sapientiā justitiā & operum meritis nihil præsidij collocantes, sōlē Evangelio credant, & in Christi meritum confidant.

Mar. 4.  
v. 12.

86. Et illud quod dixit Christus se mysterium regni DEI in Parabolis loqui, ut videentes videant, & non cernant; & audientes audiant, & non intel-

intelligant. Quasi quibusdam Evangelij cognitionem inviderit. Vbi quidam contendunt Deum efficaci sua voluntate homines quosdam absoluere suo decreto exilio ab aeterno destinatos ab Evangelij & veritatis luce avertire, & a se repellere, ad peccandum impellere, illos efficaciter excacare & audiendi verbi sui facultate privare. Et privare quidem non permittendo, sed efficiendo. Et quod illa excacatio justum DEI opus sit, qui peccare negqueat, cum exlex sit. Quae excacatio respectu hominum peccatorum & excacatorum sit peccatum.

87. Qua sententia falsa & impia est, & verbo DEI, & hactenus dicitur disertè repugnat. Sed ex eo falsitatem suam vel maximè prodit, quod contraria conjungit, dum efficaci DEI operationi & voluntati defectum & privationem adfringit. Defectus enim causa est deficiens. Verba autem Christi in dicto loco non efficacem actionem significant sed permissionem. Quod enim Marcus & Lucas habent, ut videntes non videant: Pro illis Matthæus habet, quia videntes non vident. Per particulam ergo iuvæ non notatur causa excacationis, sed ipse effectus quasi & eventus. Quasi dicat Christus; Mat. 13, v. 13. Eo in Parabolis obscurè illis loquor, ut videntes non videant, hoc est quia vident non videntes, nec videre volunt, illos permittam facere, quod faciunt, & relinquam. Tales enim erant Pharisei, qui ad apertam veritatem oculos cludebant. Et apud quos tantundem proficiebat Christus, sive aperte, sive per Parolas illis loqueretur.

88. Iactatur etiam illud, quod Iesus definito Dei consilio traditus sit: Act. 2, v. 23. Item quod Herodes & Pilatus cum gentibus & populo Israël fecerint, que manus & consilium DEI decreverint fieri. Hic consilium & decretum Dei efficax non referendum est ad opus malum & peccatum impiorum, qui ex odio & malevolentia occidebant Christum, quod cum voluntate DEI neutrā conveniebat. Sed referitur ad bonum illud quod Deus ex malo Iudeorum facinore & peccato eliciebat, qui ex injustâ cæde filij sui, humanigenis salutem & liberationem procurabat.

89. Hisce rationibus & responsionibus etiam pleraque alia, quæ in sacris occurunt expediri possunt: Vbi in genere notandum verba tradendi, tenendi, decipiendi, creandi, indurandi, excacandi, & reliqua quacunque efficacem aliquam mali actionem notare videntur, per permissionem DEI comodè explicari, quæ interim non conjuncta sit cum otiosa & negligentia, aut etiam approbatione aut beneplacito.

90. Quaritur autem hic, an Deus volens illa mala permittat, sic ut

C a

permisio

Mar. 4, v. 12  
Luc. 8, v. 10.  
Mat. 13, v. 13.

permisso species quedam voluntatis sit, cui voluntas quedam conjuncta sit, quamvis non operosa aut efficax. Vbi tenendum est, quod Deus permitat volens, saltē non nolens. Si enim non permetteret, nec fierent, quae nollet permettere, quia facit omnia quae vult, & voluntati ejus nemo resistit.

91. Quod ut rectè intelligatur, sciendum est ante omnia Deum nihil malifici permittere, ex quo non boni aliquid possit elicere. Vnde Augustinus. Malum non fieret si non sineret, nec utiq<sup>z</sup> nolens sinit sed volens. Nec sineret bonus fieri male nisi omnipotens etiam de malo posset facere bene. Cum ergo dicitur, Deus volens permittit, non unum dicitur, sed duo. Permittat non nisi mala, quia si bona essent, ipse Deus illa efficaciter faceret. Volens autem permittit nempe volens bonum illud quod ipsi malo subordinat & ex malo decrevit elicere. Voluntatis enim objectum in D E O semper bonum est.

92. Et hoc vult D. Augustinus, & alijs, cum dicunt Deum ordinare mala. Quæ phrasis propter ambiguitatem & adversarios incommoda est, ne quis contendat Deum ordinare peccata tanquam suum opus, quod instituerit, adjuvet, velit, & approbet. Mala enim, in quantum mala sunt, ordinari non possunt: Neque enim ordo potest esse in malo, quod est confusio ordinis, à Deo instituti.

93. Cum ergo Deus malas impiorum voluntates ordinare dicitur, intelligitur bonum illud quod malo subordinat & ex malo elicit. Hoc enim bonum est effectus, & D E I opus, quod ex defectu sive malo, & alieno opere pro sua omnipotenti sapientia elicit.

94. Dicitur autem Deus excäcare & indurare, vel emolliendi & vindredi facultatem adimere tum, cum deserit illos, qui Deum deseruerunt. Deserit autem Deus non nisi suos desertores: & deserit illos sic, ut portus navim, aut ut sol & lux illos deserit, qui se subterraneis cryptis occultant. Non enim D E V S prior deserit, quippe qui est, & non mutatur, & fidelis manet. Sed deseritur à malis, ut tutus portus à navi. Neque enim quisquam à Deo deseritur, qui se non jam ante libertà sua voluntate à Deo averterit.

Iof. II. v. 20.

Esaiae 19.

v. 14.

3. Reg. 12.

v. 15.

Psal. 105.

v. 25.

95. Duriora autem scriptura loca, qualia sunt: Quod à Domino fuerit, ut indurarentur corda eorum, ut perirent: Quod Deus miscuerit spiritum vertiginis, & errare fecerit Ægyptum: Quod Roboam populum non audierit, quia fuerit occasio, à Domine: Quod Deus cor eorum convertebit, ut odissent populum ejus; Etalia loca tum superius, explicata, tum multo ip

ris in locis scripture oceurrentia, commodâ explicatione ut superius conati fuimus emollienda sunt, ut ab omni operatione mali Deus immunis esse statuitur, Et ne desérere quidem quemquam dicatur, à quo ipse ante non sit desertus.

96. Ad Ægyptiorum spoliationem quod spectat hæc culpam nullam habet, quia quod Ægyptij Iudeis debebant pro criminis ac laboribus, illud munuum à Iudeis ablatum, & à Deo imperatum, ab illis exegit.

97. Ceterum Deus cum permittit mala, non oculos illa spectat, sed bonum aliquid inde elicit, alioqui non permisurus, eijam certus metas mala præfigit, quousq; velit permittere, ut videre est in historiâ Iobi: Multa etiam impiorum consilia impedit, & mutat, ut videre est in historiâ Esavi Bileami, & Athitopolis. Quæ autem permittit mala, illa cedunt vel in peccatum hominum impiorum. Sic Simei Davidi maledixit; vel in probacionem & doximacis: Sic Diabolus lobum adstinxit, vel eijam ex illis bonum elicit. Sic Iosephi venditio injusta, versa est fratribus in salutem.

98. Sed ubiicitur adhuc de generali D E I actione. Certum enim est: Omnia per Deum consistere. Qui fert omnia verbo potentia sua. In quo vivimus movemur & sumus: Qui præbet omnibus vitam & spiritum, & omnia. Sine qua generali D E I actione mundus & quidquid in mundo est ab angelo usq; ad minimum pulvirculum, ne ad momentum quidem durare posset. Qua cessante Iudei Christum comprehensuri retrorsum ceciderunt: Ananias cum uxore mortuus concidit; Et jeboroano manus exaruit, ut illam ad se retrahere non posuerit. Vnde argumentantur cum nemo ullam actionem edere possit, nisi in Deo moveatur: Omnes malas actiones à D E O esse. Et à Deo esse, quod latro brachia in hominem vibret, vel fur ad aliena manum extendat.

99. Et negari non potest illam potentiam locomotivam eijam in malis sustentari, per actionem illam Dei generalem, qua omnibus est communis, que sunt, vivunt, & moventur. Et distinguitur ab actione D E I speciali, que gratia appellatur, cum singulariter in credentibus operatur bona & salutaria.

100. Hæc autem objectio, ut rectius expediatur, sciendum est, quod cum peccatum vel mala actio dicitur, non unum dicatur, sed duo. Dicitur enim de actione, & de malo, quod actioni junctum est. Actio in quantum actio est, sustentatur à D E O: In quantum vero mala est, habet aliquem defectum actioni annexum. Et generaliter malum non est per se aliquid, sed

est in bono cuius est privatio, nec sine bono esse potest. Et sic in omni modo duo sunt, subjectum & privatio; vel quod idem est, effectus & defectus. Effectus vel subjectum est natura, substantia, vel actio, &c. Defectus autem est ipsa privatio substantiae, qualitati, vel actioni adnexa. Vbi effectus vel subjectum est a Deo effectore & efficiente causa omnium bonorum. Defectus autem est a liberâ voluntate Diaboli & hominis qui defecerunt.

101. Ex hisce jam patet quid de opinione illorum sentiendum sit, qui contendunt Deum in impiis non tantum sustentare & conservare naturam, substantiam, & actionem. (Quod tanquam recte dictum concedimus, in quantum scilicet considerantur, ut naturae, substantiae, & actiones) Sed etiam consilia, cogitationes, & actiones hominum & jam sceleratissimas, & in quantum ab impiis sunt, & peccata sunt, disponere, ordinare, inspirare & efficere. Et quod illa peccata, que in quantum ab hominibus sunt peccata sunt, in quantum a Deo efficiuntur, sint iusta DEI opera. Quod quia neutiquam a blasphemiam defendi potest, damnamus.

102. Mala autem actio in quantum peccatum est a Deo neutiquam effici aut ordinari potest, quia defectum annexum habet, qui a Deo esse nequit, nisi velimus dicere efficientem causam defectum posse producere. Hac autem absurditas vel blasphemia potius ex hoc dogmate derivatur, Deum, per quem omnia facta sunt valde bona, id est, qui est causa efficiens omnium effectuum bonorum, causam esse defectus, hoc est causam esse deficientem. Si autem Deus deficere potest & deficit, Deus esse definit.

103. Neq; verò dicere possunt defectum ratione DEI bonum esse, ratione verò hominum malum: Vel unum & idem opus ratione DEI bonum esse & effectum; ratione hominum verò malum esse & defectum. Quae absurdia sunt.

104. Quod verò regeritur, DEI omnipotenciam movere & agitare naturam; & homines cum aliquid agunt, & morentur a Deo moveri: nec ob id posse aliter agere, quam agant: Respondemus, voluntatem, que motum incitat, esse in homine, qui est creatura DEI & opus DEI ad extra. Et Deum voluntatem & motum illum sustentare & conservare, non autem movere & impellere. Cum enim voluntatem homini dedit, dedit illi liberè & contingenter moveri posse. Et hanc potestatem in homine conservat & sustentat, & voluntatem, quam sustentat, suos proprios motus agere sinit. Dicimus ergo Deum omnipotencia suâ voluntatem & motum in homine conservare & sustentare: etiam cum mala agunt, non autem movere & incitare. Hoc

enim

enim anima rationali dedit, qua est creatura D E I ad extra. Ne cum fanaticis illis statuamus, qui incredibili furore perhibent Deum esse unum universalem omnium hominum spiritum, & communem omnium hominum animam, qui omnia in omnibus operetur.

105. Est ergo anima & voluntas humana secunda caussa, qua non agere potest sine Deo, qui est prima causa, motum in voluntate sustentans & conservans, & voluntatem suos proprios motus agere sinens. Illa voluntas cum bonas actiones molitur, (quas actiones effectus docendi caussa appellamus & posivum quid) non solum tum in quantum motus & actio ibi est, sustentatur, sed & juvatur a Deo, in quantum actio bona est, qui operatur velle & perficere: Cum verò malas actiones exerceat, cum quibus defectus vel privatum quid conjunctum est: Ibi in quantum actio vel motus ibi est, natura a Deo sustentatur: in quantum verò defectum adjunctum habet, non juvatur a Deo, sed sola agit.

106. Sic in claudicatione duo sunt, effectus & defectus, motus & defec-  
tus motus. Motus est a potentia locomotiva. Defectus autem in incessu  
non est a potentia locomotiva, sed ab incurvata aut luxata tibia. Ceterum  
in privatione defectus notari non posset, nisi adesset effectus aut subjectum,  
nempe ipse motus. Non enim malum est sine bono, cuius est privatio. Ut au-  
tem a locomotiva potentia non potest esse defectus, qui est impotentia qua-  
dam: Sic a Deo, qui est omnipotens omnium bonorum caussa efficiens, non  
potest ullus esse defectus, ulla impotentia.

107. Quod autem hic ab illis, qui in mysteria D E I inquit eri so-  
let: cur Deus conservet & sustentet naturam hominum malorum, & non  
statim, ut minatus est, illam puniat, aut debeat, que indies in suum creato-  
rem, a quo sustentatur & conservatur, calcem reicit, & membris suis, que  
Deus creavit & sustentat, Deum indies oppugnat: Sciamus illius rei boni- Rom. 2.  
tatem, longanimitatem & patientiam D E I caussam esse, & intercessio- v. 2.  
nem filij D E I, qui fert omnia verbo potentiae sue, & per quem omnia con- Heb. iv. 3.  
sistunt; Ut nempe spatiuum penitentiae impys indulget, Et impenitentium  
pena justa esse appareat.

108. In malis ergo malorum actionibus Deus sustentat & conservat na-  
turam & motum, non autem moret, operatur & adjuvat. Sic cum Eva ve-  
ritatum pomum vult decerpere & decerpit: Deus ejus voluntatem & loco-  
motivam potentiam sustentabat quidem, sed non adjuvabat. Non enim ju-  
vavat & operatur ille, nisi in bonis. Sicut lux adjuvat potentiam visus, in  
oculo

oculo, non autem est causa impotentie ut oculus deficiat vel avertatur à luce. Et ut lux visum ad se conversum juvat, & à se aversum deserit. Sic Deus voluntatem hominis ad se conversam adjuvat, à se verò aversam deserit.

109. Sed ut ad lapsum Adæ revertamur, & reliqua, quæ obiecti posse vindicantur, expediamus: Ostendimus supra Eman serpenti, & Adamum Evans purâ putâ liberimâ voluntate, sine ulla coactione, aut ulla, quovis modo considerata, necessitate consensisse. Non defuerunt autem qui ex infallibili præscientiâ DEI, necessarium fuisse Adamum labi, contexere conati sunt. Deus, inquit, omnia præscit, & præscientia ejus falli nequit, hoc est, non potest quidquam aliter fieri, quam Deus præscivit. Ergo concludunt lapsum Adæ fuisse necessarium. Imd contendunt cum Stoicis, omnia esse necessaria, Neq; ullam esse contingentiam.

110. Est autem doctrina de necessitate & contingentia ex verbo DEI revelato contexenda, & ad legem & testimonia revocanda, non ex turbidis Philosophorum lacunis haurienda, qui ex præscientiâ DEI absconditâ blasphemias exterrunt consequentias. Si autem omnia sunt necessaria, vanæ sunt leges, vana est prædicatio penitentia.

111. Et refutat Deus Stoicam necessitatem, cum jubet prædicti fore ut Nînive pereat post 40. dies, qua tamen penitentiam agens non perij. His præscivit Deus Ninivitas penitentiam acturos. Sed illa præscientia erat arcaea. Revelarat autem voluntatem suam, se penitentibus velle parcere.

112. Sic cum Deus ait: Scio quod vos non dimittat Pharaon: Ibi Deus non inducat Pharaonem suâ scientiâ tanquam fatali necessitate. Hoc enim Mat. 18. v. 7 ipso facto refutat, quando Pharaonem punit. Sic scandala non veniunt quia Christus prædixit, sed quia præscivit homines malos esse futuros.

113. Hunc autem Stoicorum nodum, ut eo rectius possimus solvere, sciendum est duplicit generis esse necessariâ. Alia sunt absoluta, alia sunt conditionata. Hec sunt in rebus mutabilibus & contingentibus, quæ antequam fierient, potuerunt non fieri. Illa sunt in necessarijs, quæ non possunt non esse, & ordinariè fieri, antequam siant.

114. Sunt autem alia necessaria, aut sunt necessarij, & sunt necessaria antequam siant: Alia verò necessaria sunt postquam facta. Necessarium est, Deum esse omniscium, Et bis duo esse quatuor. Hec sunt, & sunt necessaria necessitate, ut vocant, absoluta. Quæ sunt necessarij, vel immediatè à Deo sunt.

funt. Huc pertinet immutabile Dei decretum, de creatione mundi, missione  
filij, &c. vel mediatae per naturam, quam Deus certa & mutabili facultate  
agendi & causâ instruxit. Huc etiam pertinent omnes naturae actiones,  
qua necessaria sunt, in quantum à Domino naturae non inhibentur.

115. Quæ ergo in naturâ necessaria sunt antequam fiant causam habent  
necessitatis sue efficientem à Deo ordinatam, quam non nisi Deus potest in-  
hibere. Et sic necessarium est solem moveri, & rectâ progreedi. Hac absolu- Iosuæ 11.  
tè necessaria sunt ob naturam singulis illis à Deo impressam. Quæ tamen v. 13.  
Deus extra ordinario, & supernaturali modò & miraculo inhibere potest, 2. Reg. 20.  
& inhibuit, ostendens se naturæ imperatores esse. v. 11.  
Exod. 14.

116. Quæ non sunt necessaria ante quam fiant, sed demum necessaria v. 22. Ios. 3.  
sunt postquam facta sunt; illa antequam fierent contingentia fuerunt, & nul- v. 16.  
lam causam necessariò agentem agnoscent. Homo quando pro libero volun- Daniel. 3.  
tatis sue contingenter agentis arbitrio aliquid egit, illud antequam ageret v. 94.  
contingens erat, utpote voluntariorum & arbitrariorum: postquam verò egit, 4. Regum.  
jam non contingens amplius, sed necessarium est, necessitate scilicet facti, 6. v. 6.  
In quantum quod factum est, jam non potest fieri infectum. Sic cum Iudas  
prodidit Christum: illud non fuit necessarium antequam fieret. Postquam  
vero jam factum est jam est necessarium, quia manet factum. Et hæc est neces-  
sitas, qua conditionis vel consequentia dicitur.

117. Quæ necessaria sunt antequam fiant non possunt nisi bona esse. Quippe  
quorum causa à Deo est ordinata. Vnde patet nullum prouersus malum  
necessarium esse. Si enim malum aliquid causam efficientem & immutabili  
potentiâ agentem agnosceret, illa vel immediatae à Deo esset, vel mediatae à  
Deo ordinata. Deus enim est causa causarum omnium efficientium. Quæ verò  
postquam facta sunt demum necessaria, in quantum jam infecta fieri neque-  
unt, neq; infecta sunt: illa etiam mala esse possunt.

118. Nec tamen illa rectè necessaria esse dicuntur (cum vocabulum ne-  
cessitatis ad causam ferè respiciat) quia nullam causam efficientem à Deo  
ordinatam & immutabili facultate agentem habuerunt, sed voluntatem quæ  
non nisi contingenter agit: Sed rectius & tutius jam facta, & vera appellan-  
tentur. Huc etiam rectè Adami lapsum referimus.

119. Hæc jam distinctione difficultas illa de præscientiâ Dei & inde tex-  
tâ fatali omnium necessitate facile expediti potest. Et absoluta quidem ne-  
cessitate necessarium fuit, Deum Adami lapsum præscivisse, & ejus præsci-  
entiam falli non potuisse: Quia absolute necessarium est Deum esse omni-

scium alioqui Deus non esset. Nam Deum esse confiteri, & illum futurorum praescium negare apertissima insania est. Et quisquis dicit alier quidquam evenire posse, quam in Deus praevidetur: ille Deum mendacem facere insanissimam impicitate molitur. Et hanc infallibili praescientia omnium rerum, tanquam nota in fallibili Deus verus a falsis discernitur, qui futura ignorabant, & unde est oraculorum vanitas.

Elaia 45.  
v. 26.

Lib. 836

120. Est enim Deus aeternus, cui omnia sunt presentia, Vnde Augustinus. Omne prateritum iam non est, omne futurum nondum est. Omne igitur & prateritum & futurum deest. Apud Deum autem nihil deest. Nec prateritum igitur, nec futurum, sed omne praesens est apud Deum. Nempe apud Deum nullum est prateritum & futurum, & nullum tempus quod est in motu. Ille enim est, & est immobilis, & non mutatur, apud quem est aeternum hodie, in quo uno simplici intuitu videt omnia in presenti, sive sine ratione nostri futura sive praterita, sive contingentia, sive necessaria, tam solem orientem, quam hominem gradientem, sive bona sive mala, tam que ipse facit & ordinat, qualia sunt bona, quam que non facit & ordinat, sicut quacunque mala & peccata, tam que predestinavit, quam que non predestinavit.

Ioh. 6.  
v. 46.

121. Loquimur enim hic de nudâ & simplici notitia, que est intellectu, non autem in voluntate Dei, & quâ notitia scit Deus, etiam illa, que neq; vult, neq; facit, & quâ non solum bona novit, que ipse operatur adjuvat & approbat, sed etiam mala, que non operatur aut approbat, quo modo, sed vetat & punit. Sic ait scriptura de Christo, sciebat ab initio qui essent credentes. Et Deus loquitur ad Mosen, Scio quod non dimittet vos Pharaon. Hic utrumque bonum & malum scit Deus. Hoc autem simplici notitia scit: illud autem non solum scit, sed & probat, & juvat.

122. Cum ergo dicitur: Oportet impleri scripturam de Iudea: vel quod idem est: Necesse est illa fieri, qua Deus praecepit & prædixit: Accurate etiam atque etiam videndum est, quo referatur vocabulum Necesitatis. Nempe illud ibi non referatur ad res que sunt, & contingenter sunt, sed ad præscientiam DEI, quam necesse est infallibiliter omnia præscire. Rectissime enim dici potest: Necesse est Deum certo & infallibiliter præscire, qua homines ex libero arbitrio, voluntarie & contingenter sunt facturi. Adeoque vocabulum necesse, non notat causam efficientem illorum, qua sunt, in rebus, sed in Deo notat illud requisitum sine quo Deus non potest esse Deus, & respicit ad scientiam in Deo, tanquam in Deo necessariam, sine qua Deus non es-

non esset Deus. Non autem respicit ad illam, tanquam ad causam antecedentem, quā impellantur alij ad pescandum.

123. Hac jam ad lapsum Adami applicari possunt: Necessarium est Deum illud infallibiliter praescriuisse, & non potuit illud aliter fieri, quām Deus praeceperit, quod Adam voluntarie, id est contingentē & minime necessariū erat facturus. Aliud enim praecepit Deus, quod ipse decrevit facere, quod necessarium est antequam fiat. Aliud verò praecepit, quod ex voluntate & contingentē futurum erat, & quod antequam fieret, erat contingens, postquam verò jam factum est, jam necessarium est ratione factū.

124. Absolutè enim necessarium est Deum omnia praescribere, ejusque scien-tiam esse infallibilem. Est enim actus purus, à quo omnis potentia, ut in Scholis loquuntur, excluditur. Nempe apud quem non est transmutatio, aut conversionis ullius obumbratio: Qui permanet, & idem est, & cuius anni non finiuntur. Qui Est, Et qui est Iehova: & non mutatur. Deus ergo, quia per omnia est immutabilis: certè etiam ejus intellectus & scientia est immutabilis, & nihil novi ipso potest accidere. Cujus simplicissima infallibilis, & sibi semper similis manens scientia est uniformis, & nullius accidentis capax. Neque enim est ultra res creata, qua conficiuntur coram ipso, cujus oculis sunt omnia nuda & patentia: Sic ut ne passerculus quidem, imdne de capite quidem pilus in terram cadat, qui Dei scientiam se fellerit.

Iacob. 1.

v. 17.

Psal. 102.

v. 27.

Exod. 3.

v. 14.

Mal. 3. v. 6.

Heb. 4. v. 13.

125. Interim hæc infallibilis Dei præscientia, in quantum notitia simplex est, manet in mente DEI, & extra ad res vel actiones creaturarum non egreditur. Et ob id rebus, quæ sunt nullam necessitatem insert. Dei enim præscientia præcepit omnia ita, ut in suis causis futura sunt; necessaria in causis necessariis à se ordinatis, contingentia in causis liberis & ex liberali voluntate profectis. Cujus voluntatis actio cum peccat, Deus illam tantum suscitat, non autem adjuvat.

126. Sic, quod in se, & causa sua contingens erat, ut poterit à liberrimâ voluntate Adami ortum; illud in quantum Dei scientia infallibilis jam insuebat, aliter evenire non potuit quām evenit. Necesse enim est Deum verum & infallibilem esse etiam in contingentibus & liberis. Cujus certam scientiam nulla res quantumvis vel contingentissima potest effugere.

127. Nempe Deus omnia quæ nobis præterita & futura sunt videt, ut nos videmus præsenzia, & infinito intervallo adhuc plenius & perfectius. Hujus rei ex communi vita qualecum documentum possumus capere. Cum in præsenti video quemquam quidquam contingentē agere, illud contin-

gens in quantum in praesenti sit jam verum est quod fiat, & nequit esse falsum; nequit aliter jam se habere quam habet. Et sic quod antequam fieret contingens erat, & potuisse non fieri, jam postquam factum est, est necessarium, nempe necessitate facti, in quantum quod verum est, est immutabile, & sic necessarium.

128. Eodem modo, cum quenquam libere inambulante video, dicere possum: Necesse est illud verum esse, & illud fieri, quod video, in quantum visus meus rectus non potest falli. Hic vox necesse respicit certitudinem mei visus, non autem caussam rei illius, qua sit ex liberâ voluntate ambulans, & est contingens ante quam fiat. Postquam vero jam fit, & facta est, jam est necessaria quatenus illud quod præsens est, necesse est, quia fit, & quod præteritum est necesse est quia factum est. Hec autem veritas in re contingenti antequam fieret, nondum erat determinata. Et sic lapsus Adami et jam erat contingens, antequam fieret.

129. Atq[ue] ita ne sic quidem, cum dicitur necessarium est illud quod Deus prævidit futurum esse, vel potius, quod videt Deus, cui omnia sunt præsenzia, fieri, verum esse, ullam necessitatem Adami lapsi attulit. Hoc enim necessarium necessitate infallibilis præscientie Dei, & necessitate, ut vocant, facti. Quod idem est ac si dicerem: necesse est verum esse, quod Deus videt fieri: vel necesse est fieri, quod fit. Vbi vocabulum necessitatis, ut dixi non caussam efficientem notat, sed potius factum sive effectum & veritatem certitudinem & immutabilitatem facti. Cumq[ue], vox necessarium à plurimis imprudenter loco caussa accipiat, tutius Verum & Certum dicereetur in busmodi locutionibus, ut supra monui.

130. In peccato ergo Adami, quod fuit contingens antequam fieret, postquam jam factum fuit infallibiliter verum, & certum est, & sic est necessarium. Et Deus hunc lapsum intuens vidit illum, sed non fecit. Hoc quomodo factum sit, quotidiano exemplo obvio conabor ostendere. Fingam me videre puerum, primulum ambulare dissentem, ex confidenzi temeritate pedagogi sui manum excutere, & ad terram prolabi. Hic puer, antequam laberetur lapsus ejus minimè erat necessarius, sed contingens. Potuisse enim manum Pedagogi sui tenuisse & stare, si voluisse. At vero cum jam puer ille labitur, & ego in præsenti labentem ipsum video, jam infallibiliter certum & verum est, eum labi, & quia verum est, est necessarium. Sic videt & præscivit Deus lapsum Adæ.

131. Ut autem ego visu & inspectione meâ puerum ad lapsum non impello.

pello. Sed video illud tantum fieri, quod ex voluntate suo facit, nempe p. Ioh. 12.  
erum labentem, qui si staret, eum viderem statim. Sic etiam Deus vidit  
illum funestum Adam lapsum. Cujus infallibilis præscientia si rebus præscitis  
necessitatem efficacem importaret: jam etiam Deus omnia necessario age-  
ret, & liberrimum agens esse desineret. Cum utiq. præsciat, quid facturus  
sit. Vedit autem Deus ut videns, ut sciens: non ut caussans, cuius visio  
fuit scientia sciens, non autem caussa impellens.

132. Idem judicandum est de predictionibus D E I. Sic cum dicitur:  
Propterea non poterant credere, quia Esaias illos prædixerat. Hic minimè  
putandum est illos ob Esaias vaticinum impeditos fuisse quo minus crede-  
rent. Sed non poterant credere, quia nolabant, & præsciebat, & prædixerat  
Esaias, illos nolle credere. Quasi dicat: Non poterant credere, quia illorum  
voluntaria & sponte contracta incredulitas jam predicta erat ab illo, qui  
non poterat falli; qui illam præviderat, & præsciebat eam, quod illos  
vellet punire, ut deserere, & in suâ impietate permittere.

133. Necessarium ergo fuit Deum infallibiliter præscire, que Adam  
voluntariè & contingenter erat facturus. Sed non necessarium erat  
Adamum illud agere, quod contingenter & voluntariè acturus erat, & quod  
non erat necessarium antequam fieret. Illa enim propriè loquendo necessa-  
ria sunt, que antequam siant, sunt necessaria, & que non nisi bona sunt, ut  
supra ostendimus. Qui autem hic obijcunt, Absurdum videri, contingentiis  
rei eventum caussam esse aeterna Dei præscientiæ: illi ignorant illa, qua nobis  
præterita & futura sunt, Deo esse fixa & præsentia. Et ratione scientiæ Dei  
jam verum & certum esse, etiam in illis contingentibus, quorum veritas no-  
bi nondum est determinata.

134. Lapsus ergo est Adam contingenter, quia voluntariè lapsus est.  
Voluntas autem antequam egit & ante lapsum, potuit agere, & potuit non  
agere, & est mater quodammodo contingentie, & excludit omnem necessita-  
tem cogentem. Hujus ergo motus & inclinatio antequam moveretur, erat  
contingens, postquam vero jam mouetur & mota est, jam est necessaria. Ut  
qui se occidit, antequam violentas sibi manus inferat, ad utrumq. contrari-  
um, ad mortem & vitam liberè se applicare potest, & potest vel banc retine-  
re, vel illam sibi conciscere. Postquam vero se occidit, jam viuendi liber-  
tatem perdidit, & mortis servitute & necessitate constrictus & vincitus est,  
& necessario jam mortuus jacet. Quod enim poterat non fieri, cum non-  
dum factum esset, illud ex quo jam factum est, non potest mutari, & infe-  
ctum fieri.

135. Praescivit ergo Deus Adamum lapsum, sed tanquam per scientiam & cognitionem lapsus, non autem tanquam per efficientem causam.

Aliud enim est scire aliquem peccarum vel peccare; aliud vero est impulso ad peccandum. Ceterum Deus suâ prascientiâ non magis lapsus causa in Adamo fuit, quam medicus causa mortis est in agroto, quem prascit & vider intemperantiâ sua sibi non temperare. Quod si prascientia DEI efficeret illa mala, qua prascit, tum non aliorum, sed sua peccata prasciret Deus, qua per scientiam suam tanquam per efficientem peccatorum causam operaretur.

136. Cum ergo dicitur: Necesse fuit Adamum labi, quia Deus prævidit: Sciendum est in hoc enunciato agi de necessitate divini intellectum, de qua neq; questio, neq; dubitatio est. Rursus cum dicitur: necesse est Adamum peccasse, ex quo peccavit: De hoc etiam nulla est dubitatio, quantum verum & necessarium illud est, quod factum est. Sed dicitur & queritur de necessitate, qua tanquam causa efficerit Adamum peccantem, qua causa illum impulerit, & qua Adamum impulsu labi oportuerit. Qualem nullam prorsus agnoscimus,

137. Videamus jam porro, an ab ullo decreto DEI lapsus ille Adamus efficaciter procuratus sit, vel contigerit. Neque enim desunt qui non sine atrocâ blasphemâ efficax DEI decretum causam lapsus constituant.

138. Decretum DEI efficax est in illis, qua Deus efficaciter operari & efficere decrevit, quale est, quod ab aeterno decrevit opera sua efficere & operari in mundo & genere humano creando, conservando, & reformando. Et decretum hoc DEI efficax se potissimum exserit vel in generali & universaliter illâ actione, cum omnia qua creavit conservare & gubernare decrevit; Et in speciali, quando missa filio per gratiam & spiritum sanctum fidem & salutem operari decrevit.

139. Nam vero an Adam efficaci decreto Dei defecerit & lapsus sit, absurdè prorsus queritur. Sunt enim efficacis decreti DEI opera omnia effectus, & minimè defectus. Per effectus intelligo omnia DEI opera, qua Deus efficaci sua omnipotentia ex nihilo in esse creavit. Et quemadmodum lux non potest esse efficax causa caliginis: Est enim caligo defectus lucis. Sic efficax DEI decretum nequit causa esse, ut Adam a Deo deficerit.

140. Sed instant & dicunt: Si non effecit Deus lapsum illum Adamus decreto suo efficaci: Saltem negari non potest quod permiserit, & quidem permiserit volens. Ceterum cur volens permiserit, iam supra dictum est.

Permit-

Sap. 1. v. 14.

Permitit, quia peccatum & malum erat, quod si bonum fuisset, ipse illud fecisset: Volens autem permisit, nempe volens bonum illud, quod ex malo illo decreverat elicere. Hoc enim bonum causa illa fuit, cur malum quod poterat non inhibuerit.

141. Cum autem tria Deus ab aeterno decreverit; Opera sua efficere & operari, quae omnia bona sunt; Et bona præcipere; Et mala prohibere, sed quadam permittere: De priori solo decretum efficax dici posse ostensum est supra. Ut autem præscientia non fuit causa lapsus: ita neq; permisso. Quomodo autem permisso causa esse possit illius, quod permittit. Permittens ab illo quod permittit, & cui permittit prorsus discernitur. Alius est qui permittit; alius est, qui agit quod permisum est. Quod si quis est causa illius quod permittit, cur non potius agere dicitur, quam permittere?

142. At regerunt, Deum injuste permisisse, quod tanquam malum debuerit impedire. Imo verò Deus non injuste illum permisit labi & peccare, quem vetuerat peccare, & qui potuisse non peccare. Permisit autem ideo, quia bonitatem, misericordiam, & justitiam suam in lapso, & lapsi posteris poterat ostendere.

143. Causa ergo lapsus Adami fuit non extra Adamum in permittente Deo: Sed in voluntate Adami cui labi permisum fuit. Nam & Diabolus ipse licet causa adjuvans & suadens peccati fuerit: tamen non ille propriè, sed Adami voluntas vera, propria, genuina, & proxima causa lapsus fuit. Lapsus enim ille dicitur & est Adami peccatum & defectus, non Diaboli: Quod si ne Diabolus quidem, qui suavit peccatum, rectè dici potest efficiens causa peccati Adami: Quomodo Deus illius causa efficiens dici jure poterit, qui tantum permisit quod alius egit? (& generaliter permittere significat non agere) causa autem lapsus Adami non in permittendo, sed in agendo statuitur; Imò qui virès Adamo sufficerat, quibus se à peccato abstine-re potuisset; Imò verò qui interdixit?

144. Et sic decretum Dei à causâ lapsus Adami penitus absolvitur. Cum enim Deus decreverit vel ipse agere, vel alijs præcipere, quid debeant agere, vel deniq; permittere qua neq; ipse agat, neq; alijs agenda præcipiat: Quidquid Deus sic decrevit, neuiquam ullâ tenus accusari potest.

145. Relinquitur ergo quod propria & vera causa lapsus Adami fuerit nulla externa causa quoquo modo ipsum cogens: Sed interna Adami voluntas, (in qua est omnis conditio & ratio boni vel mali moralis, omnis re-è facti & peccati) Quæ ante lapsum nulla necessitate, sed purâ libertate

ferre-

ferebatur. Alioqui enim non peccasset Adam. Si enim necessitate coactus peccasset & ipse voluntate sua cogenti non accessisset, non ille qui coactus esset, peccator esset, sed qui imposita necessitate coegeret. Peccati enim hujus illa perpetua est conditio ut a voluntate proficiatur. Et hoc adeo verum est, ut post lapsum etiam omnia peccata sint voluntaria, ipsum etiam peccatum originis, in quantum illud vitium primavâ voluntatis humana origine contractum est, & omnes in Adamo liberâ voluntate peccarunt.

146. Voluntas autem, in quantum est voluntas, omnem necessitatem cogentem excludit, quippe qua cogi non potest ab ullo externo, sed a se ipsa ipsa agit, & liberâ ac contingentier agit. Qui autem cogitur, ille non agit, sed patitur. Recte autem facta, & peccata non in patiendo sed a gendo consistunt. Qui autem patitur & cogitur, peccare jure dici non potest, nisi voluntate suâ cogenti accesserit.

147. Adeoq; nihil fuit quod voluntatem Adami ulla necessitate ad peccatum potuerit cogere. Nam in voluntatem non cadit coactionis necessitas. Deus est agens liberrimum, ad cuius imaginem creatus erat, & jesus erat ne arborum scientie boni & mali tangeret, quod praeceptum fuisset vanum si libera voluntate obedire ante lapsum non posuisset. ( Post lapsum vero ratio legis longè alia est, ut scilicet dum legi obedire non possumus, inter alia intelligamus, quid in Adami lapsum perdidimus ) Quod si necessitate peccavit Adam, cur conscientia illum remordet? qua nihil aliud indicat, quam non debuisse illud fieri, quod factum est. Quod autem fieri non debuit, potuisset non fieri. Cur autem a conspectu Dei se occultat? immo cur Deus illum objurgat? immo vero cur illum punit? Cur non ait Adam, quare tu me tales creasti? cur me coegeristi? Suâ ergo conscientiâ convincitur, quod volens peccaverit, & potuisset non peccare.

Eccl. 7.  
v. 30.  
Sir. 15. v. 14.  
Rom. 5.  
v. 19.

148. Testatur idem Ecclesiastes cum ait, fecit Deus hominem rectum: Et Ecclesiasticus: Permisit ipsum suo consilio, Si volueris mandata conservare, conservabunt te. Et Apostolus primum peccatum vocat Inobedientiam, qua voluntatem omnino presupponit, & non potest nisi in voluntatem cadere.

149. Ceterum quemadmodum de contingentibus supra dictum, ut illa que non fuerunt necessaria antequam fierent, illa postquam jam facta sunt, sunt necessaria, quia sunt vere facta: Ita Adam qui ante lapsum & peccatum nullâ necessitate ad peccandum obligabatur; postquam lapsus est in peccatum jam necessarij peccator est, & semetipsum & omnes posteros in inevita-

inevitabilem peccandi necessitatem precipitavit. Qui enim ante lapsum liber erat, ille postquam se in peccati vincula & carcerem precipitavit, non amplius est liber, sed peccati servus & quasi necessarius.

150. Et libera quidem Adami voluntas ante lapsum liberrime ad utrumvis bonum & malum se poterat inclinare. Cujus voluntatis usus donec adhuc erat in potentia ante actum erat contingens & minimè necessarius. Voluntas enim ante lapsum libera erat: Et libertas excludit omnem necessitatem. Postquam vero libere, contingenter, & voluntarie in defectionis actum jam irruit, jamque è potentia in plenum actum transit, jam non amplius est libera, quando actu jam serva, & peccati servitute, & peccandi necessitate tenetur. Et in banc necessitatem peccandi; hoc est peccati servitutem sine ulla necessitate undecunq; ipsi imposta sponte suâ ruit. Postquam enim peccavit, jam verum est, quod peccaverit, & sic necessarium. In quantum quod verum est necessarium est, hoc est quod factum est, non redditur infestum.

151. Et hic vocabulum necessitatis improperiè sumitur. Propriè enim loquendo illud est necessarium, quod per suas causas ordinariè antequam fiat non potest non fieri. Improperiè vero quando, quod antequam fieret, cum adhuc in potentia esset, erat contingens: postquam vero jam factum est, & è potentia in actum eductum, jam est necessarium, quia jam est.

152. Cum Augustinus inquit, quod Adam sibi & suis per lapsus ex libertate fecerit necessitatem. Item: cum ait: Postquam liberâ voluntate peccavit Adam, nos in necessitatem precipitati sumus. Idem cum inquit: Faretur Apostolus se & omnes sanctos inevitabili bujus peccati necessitate constitutis, videre aliam legem in membris suis, &c. Notandum est vocem Necessitatis hic notare non causam efficientem, sed effectum, nempe peccatores. Qui enim peccator est factus, ille necessario peccator est, & in quantum talis est necessariè peccat. Qui enim per liberam Adami voluntatem tanquam causam efficientem peccatorum, peccatores facti sunt, illi in quantum tales sunt facti, (tanquam effecta) non possunt non tales esse, & peccare.

153. Et quia voluntas post amissam libertatem serva facta est, non amplius est libera. Et voluntas quidem est, ejam post lapsum: Sed est serva voluntas, & quidem serva peccati, ad quod perpetrandum prorsus est libera, & voluntaria. Neque enim cogitur & impellitur invita ad peccandum, cum nondum renata est, sed ultiro & libenter peccat, & suâ servitute & misericordia delectatur, & in quantum in peccati necessitatem, & peccandi servi-

tutem se conjecis, non potest non peccare. Et sic per lapsum corruptus, & non renatus ne unus quidem bonum potest facere. Nempe ubi peccatum originis, prava concupiscentia & caro nullum opus nisi carnis operatur. Et cum de hac servitute & captivitate ejam renati conquerantur, recte utique dicimus, quod in non renatis, qui Spiritu Dei non reguntur illa interior innata pravitas necessario erumpat in peccata actualia exteriora. Vnde non renati ejam cum externam disciplinam præstant hoc modo necessario semper peccant. Quidquid verò non est ex fide peccatum est.

154. Et sic ejam post lapsum extra voluntatem hominis peccati causa ponni non debet. Vbi prava voluntas Diabolo ultero consentit, cuius concupiscentia non est ex Patre, sed ex mundo, & à patre tenebrarum, in quantum in Adamo omnes à Diabolo seducti sumus, & indies à Diabolo ad malum mille modis sollicitamus, qui sicut Euam quotidie multos seducit, occasionem peccandi sugerens & instigans. Vbi Diabolus indirecte & extrinsecè impellit homines ad mala, & est peccati causa remotior & externa: Ceterum immediata, proxima, interna, & propria causa est voluntas humana, & prava concupiscentia cuiusque, Diaboli præstigijs fascinata, que Diabolo ultero accedit, ejusque voluntaria serva est. Usque adeo, us ne post lapsum quidem peccatum in non renatis dici debeat, nisi voluntarium. Renati enī cum Paulū domum possunt dicere: Non quod volo bonum, hoc facio, sed malum, quod nolo, hoc ago.

1. Joh. 2.  
v. 16.  
2. Cor. 11.  
v. 5.

Jacob. 1.  
v. 14.  
2. Cor. 4.  
v. 4.  
Rom. 7.  
v. 19.

Ier. 2. v.  
27. & 32.  
v. 33.  
Esaix. 59.  
v. 12. 13.  
Rom. 5.  
v. 12.

155. Fit autem peccatum à voluntate humana, cum se ultero è Deo avertit. Vnde Deus apud Prophetam: Obverterunt mibi tergum & non faciem. Et ipsi peccatores: Aversi sumus, ne iremus post tergum Domini Dei nostri. Et sic in Adamo à Deo omnes aversi sumus, in quo omnes peccavimus, & Deum diseruimus.

156. Non autem solum à natura filij sumus ira, & à Deo aversi, verum etiam actualibus peccatis porro Deum relinquimus & discriimus, & spiritum sanctum excutimus, & Deus desertus, vicissim desertores deserit & non juvat: Quod cum sponte suā succedit defectus ille peccati. Nec ulla causa efficiens ibi querenda est defectus illius: Sed potius causa deficiens, in liberâ voluntate Diaboli & impiorum, qui à Deo desecrunt, qui nisi desertus neminem deserit.

157. Quemadmodum autem cum quis se infra terram proripit, & salem & lucem fugit; in illum sponte ingruunt tenebre, quarum causa est non lux aut sol, qui deseritur, sed homo qui lucem deserit: Sic peccati causa est, non

est, non Deus qui deseritur, sed homo qui Deum in Adamo deseruit, & actualibus suis peccatis iudicis deserit sapientiam.


158. Et in Adamo quidam primo peccato, cum inscio & invito Deo nihil posset fieri, concedimus praesciemiam & permissionem DEI concurrisse, sed non ut caussas. Et ut tandem concludamus: Scivit Deus hominem lapsurum. Nam si quid Deum fugeret non esset Deus, quia non esset omniscius. Quod enim infertur, necessarium illa fieri qua Deus praeconivit; non de necessitate causa dicitur, sed tantum effecti, & nihil aliud dicitur, quam illa qua facta sunt & sunt, verè & infallibiliter esse.

159. Quod regeritur, quod Deus volens permiserit malum quod praeconivit, Respondet Augustinus: Prævidisse Deum, quid mali essent facturi homines. Prævidisse etiam quid boni de malis ipsorum factis esset facturus. Et hoc bonum euissa est cur mala permittat. Sed potuit Deus malum illud impedire? Omnino & prorsus potuit. Sed & debuit impedire. Si debuisset, omnino fecisset Deus, qui quidquid debuit, præstans perfectissime. Inde verè Deus hoc impedit, non solum diserto suo mandato, Sed etiam facultate Adamo concessa, qua potuisset & debuisse perpetuo stare, & nunquam labi; & quali etiamnum stant angeli, qui originem suam seruarunt, & in veritate persistenterunt.

160. Sed pergit impietas: Atqui non solum permisit, & non impedit, Sed etiam decrevit Adami lapsum, & Adamum destituit? Hoc vero constantissime pernegamus. Neque enim Deus Adamum deseruit, sed ab illo fuit desertus. Decreverit autem Deus Adami lapsum permittere, propter bonum illud quod elicere inde decreveret. Non autem decreverat decreto efficiaci, ut labentem ipsum faceret, qui non nisi à Deo erectus stare poserat. Eadem impietate angelii lapsi Diaboli dicere possent, Deum illorum lapsum decreuisse. Quem profecto in angelis lapsis non magis decrevit, quam in angelis non lapsis. Nempe initio angelii lapsi in eadem virtute & veritate conditi fuerunt, in quâ sancti angeli, qui illâ virtute in veritate confirmati stant, & eternum stabunt.

Deo soli sapienti, & uni, qui solus bonus est, & causa omnis boni in mundo, & qui malum nec dat nec habet, nec facit, nec facere potest,  
sit laus & gloria in eterna seculorum saecula,

A M E N.



*Augustinus Tractatu 53. in Iohannem.*

**N**on propterea quenquam Deus ad peccandum cogit, quia futura hominum peccata jam novit. Ipsorum enim praescivit peccata, non sua.

*Prosper ad cap. II. Gallorum.*

Voluntas Dei nunquam vult, nisi bona. Praescientia autem Dei, & bona noscit, & mala. Sed bona aut ipse facit, aut ut nos faciamus impulit. Mala autem, quæ omnino ipse non facit, nec fieri suitas, nec impulit.

*Chrysostomus Homil. 23. in Genes. 2.*

Satius esset sexcenties defodi, quam Deum mali auctorem dicere.



20



Universitäts  
Bibliothek  
Rostock

[http://purl.uni-rostock.de  
/rosdok/ppn756514754/phys\\_0049](http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn756514754/phys_0049)

**DFG**



Universitäts  
Bibliothek  
Rostock

[http://purl.uni-rostock.de  
/rosdok/ppn756514754/phys\\_0050](http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn756514754/phys_0050)

**DFG**

per exceperim, neq; quidquam  
esse voluerim, quod verbo D.  
D&iota; Ecclesia aut repugnet, a  
petens candide mihi impetrar  
rectius illis noverit, promi  
promtum fore ad monendum  
tandum. Iam vero ecquid  
qui hanc meam petitionem  
libello illo meo legere & poter  
illud pra&stiterit, quod sibi a m  
me candidè, amicè, & Chr.  
Vos reverendi & pr&stantiss  
Ecclesia sua pr&fecit, astima  
inter nos aqui judices & arbit  
censura, judicio & arbitrio,  
rentia me & omnia mea subij  
me ut Paulus jubet in & exhort  
ut ad e&phor, non ut inimicum  
trem admonete, quod quo q  
& candidius, eo mihi fuerit  
tur, quisquis mei periculum  
bino nihil gratius unquam  
moneri & erudiri. Et hac i  
lit, ut hanc meam de caus

